Coup

COMPENDIUM
HISTORIÆ CONGREGATIONIS NOBILIUM

SUB TITULO

Assumptionis B. MARIÆ V. & S. BARBARÆ V. M.

PER

Illustrissimum olim NICOLAUM de Zebrzydowice ZEBRZYDOWSKI, Palat: Crac: & Generalem Minoris Poloniæ, Sniatynen: Stężycen: Capitaneum, Cracoviæ ad Domum Professam Societatis JESU.

FUNDATÆ.

ET

Approbatæ per Diploma Pontificium

PUBLICATUM

Ab Eminentissimo olim S. R. E. CARDINALI BERNARDO MACIEIOWSKI, EPISCOPO Cracoviensi.

MAGNIS

SERENISSIMORUM, EMINENTISSIMORUM, CELSISSIMORUM, ILLUSTRISSIMORUM, REVERENDISSIMORUM

NOMINIBUS:

MAXIMIS Virtutum & Pietatis in DEIPARAM EXEMPLIS,

AUCTÆ.

Ex Annalibus Ejusdem ab Anno CHRISTI 1603. ad Annum 1743.

COLLECTUM

ET PER PARAGRAPHOS DISPOSITUM.

Nunc piæ æmulationi Sodalium Beatæ MARIÆ Virginis

PORRECTUM.

Annô à Virginis Partu 1744.

CRACOVIÆ TYPIS UNIVERSITATIS.

Qui diligunt Nomen Ejus habitabunt in Ea. *Psalmo 68. ℣. 37.*

IMPRIMATUR.

M. MATHIAS ZIĘTKIEWICZ, Sacræ Theologiæ DOCTOR & PROFESSOR, Collega Major, CANONICUS Cathedralis Cracoviensis, Librorum per Diæcesim Cracoviensem Ordinarius CENSOR. *mpp.*


Fama Nominis per cunctorum
Ora. Hester. Cap: 9. V. 4.
In omnem terram exivit sonus eorum &
in fines Orbis terræ. Ps: 18. V. 5.

IN STEMMA
Illustrissimæ Domûs.

I.

MÆstas terge genas, Heròúm LECHIA nutrix,
Trinæ, ter, referunt, optima signa, TVBÆ.
Præclaros Patriæ resonant cum pace triumphos,
Munificò recreant & Sacra Templa sonô!
Trinas Fama TVBAS inflat? defertq; per Orbem!
Quantô hæc ILLVSTRIS, fulget honore DOMVS!
Ter Felix Fortuna! Tribus quæ militat istis!
Surgit ad æthereos, non moritura Polos.

II.

ERige tot jaculis; concussa Polonia frontem!
Tot canit Heròés, quot TVBA Trina Viros.
Nullo tacta metu, tutè Fortuna quiesce!
De JORDANORVM Stemmate plaudit Honor.
Regali vicina Throno; hæc dant Classica vocem;
Hæres est, quám ALTI SANGVINIS! Ista Domus.
Nominis Augustó, sonitu implent Sydus & Orbem?
Vtq, ferant Regnis, non fuit una satis.

ILLUSTRISSIMIS & MAGNIFICIS DD.

STEPHANO PRÆFECTO,

&

ADAMO DE ZAKLICZYN JORDAN,

Vtriq;

PALATINIDÆ BRACŁAVIENSI,

& utriq;

CONGREGATIONIS NOBILIUM SUB TITULO ASSUMPTIONIS B. M.V. & S. BARBARÆ V. & M. *ad Domum Professam Soc:* JESU,

Protectori, ac Mecænati Colendissimo.

Compendium Historiæ Congregationis Nobilium, ditectum ad Sanctè æmulandum DEIPARÆ *cultum, ampliorem in Illam pietatis & felicitatis augem sortietur, cùm ab* Illustrissimi Nominis Vestri *claritate publicam derivabit lucem:*

Illustri

Illustrissimi, quia Senatorij ortûs Sidera: Gemina *Lechici Poli* lumina; *Altô connexa Sangvine* germana Pectora; Mecænates amplissimi. *Quamvis enim Serenissima, Celsissima, Illustrissima, Perillustria (quibûs claret & est refertus Liber hîc) Nomina, nullum (quô velùt Soles terrarum radiant) fulgorem communicarent, ipsô tamen* Nominis Vestri, *cujus patrocinium ambit, splendore affulgebit. Quapropter, ut reddatur clarior, & gloriosè triumphet de tenebris, quibus hucusq́ delituit, apprimè exoptat conjurata in laudes Cæli Terrarumq́ REGINÆ, Nostra Sodalitas Mariana, ut illum provocemus, sub Clarissima non tantùm Polonum, verùm universum per Orbem, & Nominis Majestatem resonantia,* Domûs Vestræ *Classica; postquàm benignum de innato ad omnem benevolentiam animo, & liberali in Divos dexterâ susceperit annutum. Quid enim tàm obscurum habet Mundus? quin* Vos, *vel* Vestri *Antecessores, illâ suâ claritudine, quâ summorum honorum genus eminere solet,* Illustre *efficerent; si sese eorum luci obiecerit: Aut quid tàm humile vidimus? ut pari, Alexandro, Magnitudine, non magnum redderent,*

rent,

rent, & non extollerent in altum fortunatioris vitæ, si se subijciendo hanc Trabeatam, Domum incoluerit. Sanè etiam illos, quos Nativæ obscuritati fortuna addixerat, feliciores intuemur, ubi tàm Augusta subintrârunt limina, famulaturi Vestro Honori & Fortunæ. Generis siquidem Aviti, Nobilitatem, si petimus?

Quis venerabilior Sangvis? quæ major origo?
Quàm IORDANORVM? non Vos privata dederunt
Limina, nec tantum poterat contingere Nomen
Angustis laribus. *

Vos ampliùs, quàm Quadringentis & Septuaginta, Christi post Natales, Annis, * ivisse continuò per prima Dignitatum culmina, Honorum apices, Purpurarum fastigia, IUBÆ proclamant Gentilitiæ: Quarum sonum de Vastitate Domûs Vestræ, & virtutum Magnificentiâ, ut Patriæ svavem & acceptum, sic hostibus terrificum ac feralem, se totus Orbis sensit audivisse, & quòd sub iisdem honori militare, honor erat. Ipsa etiam grandæva Majestas, Authoritas Senatoria, & Summarum Dignitatum Proceritas, innixa ATAVORVM, PROAVORVM, nec non ILLVSTRISSIMI PROGENITORIS VE-

* Claud: de Laud: Serenæ Reg:
* Chronol: Cassiod: Mir: Chronol: Bel:

STRI

tinopolis: cum primùm Vos *Supremos Leonis Cæsaris Præfectos Stabuli, postea suos adoraret Consules; Inclinat se demùm in reverentiam* Vestri, *Orbis Caput Roma, non immemor, quàm provisos sibi, in* Vobis *Patres coleret Purpuratos * Undè manifestum est, nullum vel Officiorum vel fortunæ genus exstitisse, quod ad dulce Vestrorum rectefactorum Classicum, non ambiret confluere sub* IORDANORVM Nomen, *adeò ingentium titulorum comitatu, ut Domus* Vestra *Majestuosæ Dignitatis Sedes sit; & virtutis solium.*

Verùmenim verò, prima illa Regni Ministeria, *donec stetistis in Palatini, & Castellani Cracoviensis honore: Illa inquam Senatoria, tot de* Vobis *Palatinorum Dignitas, Castellanorum Capitaneorumq; Authoritas; Æquissimorum Judicum, tàm per Castra, quàm per Tribunalia Regni, Gravitas; necnon illa sive in Comitijs summa in Mareschalcis oris potestas, sive in Legatis ad Gentes exteras illa dexteritas ad vota singulorum; supremi demùm illi fasces gloriosè &*

* *Niceph: Callist: l. 15. C. 20.*
Parisius ex Cedreno. Paprocki in strom:
Nakiel: fol: 573. 629. 649. Biel: fol: 647.

feliciter

feliciter à Majoribus gesti, grandes Meritorum effectus sunt, & documenta amoris in Patriam & Religionem: Ut quotquot eorum virtutes recensemus, tot insignia in Bonum Reipublicæ & fidei, obsequia credimus. * Sive enim tractandis de bono publico negotijs sese dederant, quis providentius? sive cum in Senatûs consilio, vel Regni Comitijs, sua deprompsissent vota, quis pacatius? Sive cum in Sacratioribus Areopagis Judices Æqussimi terruissent vitia, quis justius? sive cum Legati pacem cum Exteris componerent, quis felicius? sive cum Duces fortissimi, hostes vincerent, quis gloriosius? sive demùm, cum à SIGISMVNDO I. Commissarij rationes de Vielicensibus Bochnensibus Salifodinis discusserint, quis perspicaciùs?

Optimè itaq; insonuit nontantùm per oras Patriæ, verùm & Exterorum, Vestra felicitas, honor, & fortuna, implendo Heroum prodigijs Castra bellica, gaudijs Ecclesiam, Cives plausibus; totum Regnum triumphis, per millena Illius & fidei Monstra domita. Et licet in pugna quandoq; occumbere, libuerit? (ut Hectoribus

* Paprocki, fol. 473. Bielski, fol: 507. Nakielski, fol: 629.

 innatum

innatum est) Ostendistis! quòd tali casu, & feliciùs surrexisse integritatem publicam, necesse sit; & non aliter posse, nisi tàm gloriosâ morte, Heroes vivere immortales, & Patriam. Cætera Virtutum & gestorum necnon meritorum prodigia; Vestrorum patrata Manibus Majorum, qui velit amplecti, Vestram (si permiseritis ob innatam Vobis in omnes benevolentiam) metiatur Magnitudinem. Vivunt equidèm in Vobis, ad præsentis sæculi fortunam simul & invidiam MAIORES Vestri, MAXIMI MERITIS: Quibus, ut Eorum vivam moribûs & vitâ exhibeatis imaginem, unicè cura est. Idem in Vobis Orthodoxæ Religionis cultus, par in Divos pietas & Zelus, non absimilis liberalitas in egentium turmas & Templa, quæ reparatis vel erigitis, & Lipsanis Sanctorum adornatis, nec non religiosè colitis, cum paulò ante, Divi NICOLAI Reliquias Mobilanensi introduxeritis Ecclesiæ, eo non minori sumptu, quò majori apparatu.

Videt in Vobis Patria, velut in Corona gemmas, Illustres Majorum Vestrorum animas,

& Eorum

& Eorum circa publicum Commodum sollicitudinem; Cúm Te *nuper* Illustriss: STEPHANE *in* Comitijs Regni *audiret pro integritate Legum decertantem. Habet & Religio suum in* Vobis *Cultum, cúm uterq; in administranda Domestica Familia, terrorem ad fugiendam vitæ licentiam incutiendo, honestate morumq; culturâ, Zelo in DEUM, singulari cultu in* DEI:PARAM *& mente in Divos propensâ, optimis deniq; præluceatis exemplis. Circumstat latus* Vestrum, *non tàm famulantium Caterva, quàm frequens Virtutum Satellitium, quando id summæ felicitatis habeatis, ut cûm* Ipsi *sitis satis quàm optimi, omnes circa* Vos *optimos, &* Vestri *simillimos efficiatis.*

Verùmtamen quemadmodùm à Vobis *sumit incrementum Virtus, sic Honor suam celsitudinem & augmentum,* Domus *autem* Vestra Illustrissima, *superans antiquitatem & honoratum sub Purpuris Senium, Magnitudinem. Adauxisti* Illustrissimæ Domûs *Succedanee,* ADAM, *fortunæ pretium; Lunam Sideri, Thesauro Annulum adjecisti, cùm ad*

illam

illam non interruptam. Celsissimarum, Illustrissimarum Colligationum Seriem *cum* LANCKORONSCIIS, ZARĘBIS, PVKARZEWSCIIS, KOMOROWSCIIS, MYSZKOWSCIIS, HERBVTOVIIS, KONIECPOLSCIIS, WIELOPOLSCIIS, OZAROWSCIIS, STADNICCIIS, ZBOROWSCIIS, WAPOWSCIIS, BORKOVIIS, PIENIAZKOVIIS, GOSŁAWSCIIS, BRZECHFIS, LVBOMIRSCIIS, SIENIAWSCIIS, ZEBRZYDOWSCIIS, KORYCINSCIIS, WARZYCCIIS, MORSZTYNOVIIS, DROHOIEWSCIIS, KRVSZELINSCIIS, MĘCINSCIIS, ŁĘTOWSCIIS, nec non cum Celsissimis PRINCIPIBVS in Zbaraz, & Iarosław; *Iterùm Celsissimam induxisti Fortunam, Cùm* Tibi Principem LVBOMIRSCIORVM Domum *desponsaveris. At parcetis* Mecænates Amplissimi *paginæ angustijs, quòd fastorum Magnitudinem æmulari non audeat: Haud dubio immen-*

sitate m

ſitatem Domûs Veſtræ *recenſere? potiùs ſæculorum Negotia ſunt, non tenuis ejuſmodi paginæ, cùm pauciores in Sole radios, quàm in* Vobis Illuſtres *animas reperiamus:* Vos *æquales* Magnis *Sangvine,* Majoribus *Dignitate,* Maximis *merito:* Vos *tanquàm in Trojana mole Heroes,* Vos Equites Nobiliſſimi, *omnes Viri, ad ſtrenuè agendum nati pro Patria:* Vos Veſtra merita, *pares ſummis fecerunt. Iùm cum ſub Infulis* Veſtrum *emineret Caput, Ium cum Cardinalitiæ Purpuræ & Senatoriæ Togæ circumcingerent lacertos, atq; cum in utroq; Ordine, tàm Spirituali, quàm Equeſtri, Patres vixiſſetis Purpurati.* Vobis *debet gratitudinem & amorem Patria, quia Illam adſtringit felicitas, quam auxiſtis; Illa immunitas privilegiorum, quam ſolidâſtis; Illa Legum integritas, quam propugnando conſervaſtis; illa demùm cura circa Bonum Publicum, quam ad Virium laſſitudinem geſsiſtis; Cum* Vos *prudentiſsimos* Cancellarios & Thesaurarios Regni, * *Necnon quot Viros Nobiliſsmos, tot ſtrenuiſsimos Heroes, absq; ullis Ho-*

* *Paproc: in Strem:*
Nakieli folio 654, & fol: 67:

norum

norum ſtipendijs, ſolam Patriæ incolumitatem non præmia quærendo; coleret. Immortales habet Vobis *gratias Reſpublica per* CHRISTOPHORVM, WARSZAWICKI, & STANISLAVM TASZYNSKI, Legatum *de Palatinatu Cracov: pro gloriosè in Illam geſtu; Quare nè* Veſtra merita & Nomen *poſteri ignorent, laudavit, ut illa Conſtitutiones Anni* 1611. *fol:* 11. 30. 31. 38. 1613. *fol.* 30. 1621. *fol.* 18, 1676. *fol.* 21. 1685. *fol.* 8. 1690. *fol.* 17. *integerrimè conſervent. Sed etiam orthodoxa Religio, gratam renovat* Veſtri *memoriam, cùm tot Templorum* Fundatores, & *ſui* Propagatores, Propugnatoresq; *recolat: Adeò etiam erronea Lutheraniſmi necnon cujuſvis Sectæ dogmata odiſtis, ut non tantùm eorum inducijs, & fallacijs zelosè* Vos *oppoſueritis, ſed nè maligna hæc Hydra, domeſticum in limen ſerperet; ſtudioſiſsimè invigilaſtis, ſemper* Viri *Orthodoxi & veritatis amatores, ſemper erroris tàm craſsi, hoſtes acerrimi. Non vocamus hic ſub calculum, in Templa & egenos Munificentiam, nam inopia Styli, largiore verborum eget copiâ, ad commendationem beneficentiæ: Turba ege-*

norum

norum est, quæ tollit ad Superos, Vestras *cum Sole disper-sas manus, eò se solùm indigere existimat, quod suis precibus æquare liberalitatem non valeat: Vel si dives de thesauris* Vestræ Domûs *Egestas taceat? Ipsi Templorum lapi-des, epitaphijs, Cracoviæ, Tarnoviæ, Limanoviæ adum-brati, declamant; quorum beneficio hæc, necnon Cæno-bia, Miechoviense, Casimiriense Divi AUGUSTINI Cracoviæ sterère? Quamobrem ut tàm liberale No-men in Superos, Vetustas temporum obliterare quandoq; non audeat, Templa suis Mausoleis exaratum, porrigunt quotidiè celebrandum. Non potest oblivisci etiam Ecclesia D. BARBARÆ, Cracoviæ Societatis* IESV, Vestri muneris, *Cuj Effigiem DEI MATRIS Sanctissimæ Aurô & gemmîs adornatam, vindicatam de Moschovia, intulistis per* SEBASTIANVM IORDAN *An-nô 1632. Cum igitur.*

Ædes per Sacras, per Regna, per Æquora & Vrbes,
Perq; plagas Centum, per climata mille.

Vestrum Nomen TVBÆ *deferunt Gen-tilitiæ, quàm Augustum sit, quàm in Cælites liberale, in Terrigenas quàm Munificum! etiam liber hic acceptior exibit, quòd* Vestro *consecretur* Nomini; *sub* Quo

nihil non magnum est; nihil non acceptatissimum. Igitur *pro illa in* DEI MATREM *SSmãm pietate, quæ* Vobiscum *ab incunabulis succrescit, affectuq̃, quô, majorem ejus Cultum desideratis, necnon pro illa conjuncta cum Magnitudine* Nominis *demissione animi, gratiosè illum admittere non dedignabimini: Ipsa* PARENS DEI *Pretiosissima, Cujus laudi Liber hic de umbris præli vindicatur, Feliciores fortunâ, & honoribûs, immortalesq̃ faciet. Vivite aureis ditiores sæculis, semper fortunati, semper Senatores, nec unquam fortuna & honor suum deponat Officium obsequij. Vivite ad invidiam sæculorum, felicitate Majores, Maximis Pares: Et tantùm ætates extendatis Annîs, quantùm & meritîs ampliastis immortalibus.*

Ita Vovet.

Suis Mecænatibus nec non Vigilantissimis Protectoribus.

Sodalitas Nostra Mariana.

Datum ex Oratorio Nostro Mariano Die 17. Aprilis Annô 1744.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

NOn dedecet, ut illa Gloriosè acta reducantur in memoriam, quæ ad æmulationem futuræ ætati reliquit veneranda Antiquitas; Multô magis laudabiliùs, quibus æternùm benè vivere mens est, si luci publicæ eorum Nomina & documenta mandentur, qui singulari in DEUM pietate, cultu in Augustissimam Cælorum REGINAM, & veneratione in DEI Sanctos præcedebant: Ut indè Orthodoxi Posteri, eo quòd se cum Doctore Gentium credant hic agere Advenas & Peregrinos, æmulentur charismata meliora, vel impensiùs, aut saltèm æqualiter incumbant in DEI gloriam & laudes Matris Ejus Sanctissimæ. Non potest enim consultiùs provideri immortalitati Nominis, quàm cum nos totos consecremus obsequijs MARIÆ: quia hac ratione (:juxta Eucherium:) *Cælo mutuamus terram, caducis emimus æterna, perituris manentia comparamus*: Etsi existimamus esse honorificum cùm Magna Magnorum comitemur Nomina; quã gloriosiùs est, cùm illis associemur, qui exemplari vitâ & optimîs moribûs pro æternitate decertârunt; atq; ne utiquàm eos illa honorum & negotiorum publicorum moles, ita facessivit, quin sua darent obsequia & preces

Cultui

cultui Genitricis DEI Gloriosissimæ. *Queramus ergo & nos* (ait Eucher:) *usq; in finem, unde sine fine gaudere mereamur.* Si damus (Petr: Chrysol:) *Corpori annum, demus animæ dies, vivamus paululùm DEO (& MARIÆ) qui seculo viximus totum. Haud dubio.* Illi nos dedicamus, Quæ nostræ mortalitati securiùs providet & facit, ut vivamus immortales, nomine, fortunâ & honore. *Non deest enim* (ait Bernard:) *MARIÆ potestas, quia Mater est Omnipotentiæ, nec impetrandi industria, quia Mater est Sapientiæ, nec petendi voluntas, quia Mater est Misericordiæ:* Ille (idem exclamat) *Sileat misericordiam Tuam, o Beata Virgo! quicunq; Te in suis necessitatibus invocatam, sibi meminerit defuisse: O homo* (Hom: 1.) *Securum habes accessum ad DEUM, ubi Mater stat ante Filium, & Filius ante Patrem: Mater ostendit Filio pectus & Ubera, Filius ostendit Patri Latus & Vulnera; nulla ergo poterit esse repulsa, ubi tot concurrunt amoris insignia.* Quare ut ardentem in laudes DEI Genitricis Dominæ Nostræ excitemus animum. Præcessorum Nostræ Congregationis Sodalium; quibus adhuc in terris vivere concessum est, illos hâc operâ quam luci mandamus, ad pares & mutuos unâ nobiscum Cultus erga Ejusmodi REGINAM omni laude dignissimam, invitamus; si erga hanc, scintillam amoris, necnon Salutis votum habeant: Ut Nostra etiam Nomina scripta in Libro Vitæ præsentibus relinquamus, & futuris memoranda.

§. 1mus.

ORIGO
Seu prima initia ejusdem Cōgregationis Nobilium.

PRimâ per Orbem Poloniæ Dignitate & Christianâ Religione Clarissimus, necnon Illustrissimus olim NICOLAVS *de Zebrzydowice* ZEBRZYDOWSKI de antiqua Illustri ZEBRZYDOVIORVM Familia Palatinus Cracoviensis, & Generalis Minoris Poloniæ, Sniatinensis, Stezicensis &c. Capitaneus, perceptâ cum informatione notitiâ de Congregationibus in exterorum Provincijs & Regnis, pro majori cultu DEIPARÆ erectis ad Collegia & Domos Societatis JESU, incorporatis: Primariæ Romanæ Congregationi sub titulo Annuntiatæ B.M.V. de ejusq; Privilegijs & Indulgentijs à S. Sede Apostolica concessis, omni quô poterat conatu studuit, quatenùs ad propagandam majorem DEI Gloriam, honoremq; Dei Paræ dilatandum erigeret, solidaretq; similem Congregationem sub titulo Assumptionis in Cælum B.M.V. pro Nobilibus: Qui quibuscunq; in hac Vrbe Disciplinis vacarent, vel commorarentur sive ad Aulam Regiam, sive quâcunq; alia ex causa, aut Cancellariæ darent operam: Atq; pro illis, qui quacunq; Dignitate, sive sæcu-

lari sive Spirituali eminerent. Residebant enim continuò Cracoviæ illâ felicium annorum serie, Reges cum Principibus & Senatoribus Regni, & non solùm Equestris Ordo atq; Nobiltas Polona, undiq; confluebat in asistentiam Majestatis, verùm etiam ab extraneis veniebant commoraturi selecti Viri Legati, necnon Ipsi Nuntij Apostolici, Patriarchæ, Metropolitæ &c. Alij celebritate loci allecti, vel causâ subsistendi ad latus Regium, Principumq; vel graduum literariorum suscipiendorum, vel Juris prudentiæ addiscendæ, vel in Castro Cracoviensi Cancellariæ frequentandæ conveniebant.

Ac proindè antequam Diploma Confirmationis, neo erigendæ Congregationis ad Domum Professam Societatis JESU veniret Româ (pro quo cursorias id celerrimè expetendo miserat) duos suos Illustres IOANNEM Filium annorum 17. Capitaneū Lanckoronensē, & NICOLAVM annorum 16. ex Fratre Pocillatore Regni ortum Nepotem, Capitaneum Szadkoviensem ac semetipsum unà cum omni sua opera & patrocinio ad Dei Ter Optimi Maximi gloriam, ejusq; SSmæ Matris cultum, novô istô modô promovendum, obtulit primitijs Sodalitij.

Prima itaq; fecerunt initia Congregationis cum Illustrisimo suo Progenitore Illustris Filius & Nepos simulq; cum illis Moderator eorū Perillustris Felix ZEBROWSKI, Philosophiæ Doctor, & in Theologicis atq; Mathematicis Disciplinis eruditisimus, ut etiam refutaret erroneos Hæreticorum libros. Horum exemplô Ipsi MAGNATES Regni

Prin-

PRINPCIPES, SACERDOTES, LEGATI, PATRIARCHÆ, NUNTIJ APOSTOLICI, nec non ipsi REGES Poloniæ SIGISMUNDUS III VLADISLAUS IV, MICHAEL I, DUCES & REGINÆ, EPISCOPI, Illustrissimus & Eminentissimus BERNARDUS MACIEIOWSKI S.R.E. Cardinalis, Episcopus Crac. Alij Prælati; Cæteri ex Clero tùm ex Palæstra Juris tàm Spiritualis, quàm Sæcularis. Tùm ab Aula Regia, tùm ex Professorali Vniversitatis Cathedra, dedêre sua novæ Militiæ Nomina & Cognomina; singula satis amplè recenset Album Congregationis ad perpetuam rei memoriam.

Incepta igitur hæc Congregatio Annô à Virginis partu 1603, ipsâ Dominicâ Palmarum (quæ erat 23. dies Mensis Martij) primùm in Oratorio domestico Novi Templi SS. Apostolorum Pętri & Pauli à SIGISMVNDO III. Poloniarum & Suecorum Rege, extrui cæpti, sed postea A. D. 1612. die Mensis Octobris 14tâ (erat Dominica 14. à Pentecoste) Sacrâ Festo S. Calixti Pap: M. Sub Præfecto Congregationis Illustri & Adm. Rdo. D. Alberto KOZVBSKI Canonico S. Michàélis in Arce Cracovien: Assistentibus Illustri & Magnifico D. Georgio LIBERBARO à Logau A.R.D. Ioanne FONTANNO Parocho in Groiec, Consultoribus Magnificis Dñis Remigio KONIECPOLSKI Palatinida Sirad: Stanislao XIĘSKI, Nicolao KRASINSKI Thesaurario; M. D. Ioanne GROTOWSKI, & Mathia GRABSKI est translata, ad Ecclesiam S. Barbaræ, cùm aliter fuerit decisum, ut non ad Ecclesiam SS. Apostolorum Petri & Pauli, sed S. Barbaræ Domus Professa Societatis JESU locaretur.

Die Mensis Aprilis 7mâ, quô creabantur Officiales,

ſua Sodalitati nomina inſeruerunt, Perilluſtres (ex Ordine Eccleſiaſtico) & Reverendiſsimi Dñi Dñi Andreas *de Bnin* OPALINSKI Major Secretarius Regni, poſtea Epiſcopus Poſnanienſis, Henrincus *de Dabrowica* FIRLEY Scholaſticus Cracovienſis, Referendarius Regni;

Martinus SZYSZKOWSKI Canonicus Cracovienſis, poſtea Epiſcopus Luceorienſis, poſt Płocenſis.

Euſtachius WOŁOWICZ, Præpoſitus Trocenſis, Magni Ducatûs Lithuaniæ Referendarius. Quinimò diebûs ſtatutîs Oratorium Congregationis viſitando & in eo Miſſæ ſacrificium celebrando, Sodales pane Cæleſti recreabant.

Ex Equeſtri Ordine

Magnifici D. Stanislaus KONIECPOLSKI cum ſuo germano IOANNE Capitaneo Przedborien: Filij Illuſtriſsimi Palatini Siradien: Stanislaus GARWASKI Caſtellanus Płocen: Capitaneus Goſtinenſis, qui etiam ob inſignem ſui animi demiſsionem, & in DeiParam pietatem, eô ipsô die, quô Illuſtre nomen ſuum Albo Congregationis mandeverat, munus Conſiliarij à Sodalibus ſibi oblatum non recuſavit, imò ſecundus inter Conſultores numerari elegit.

§. 2dus.

Diploma Confirmationis Româ acceptum

ADminiſtrantibûs S. Sedem Apoſtolicam CLEMENTE VIII. Summo Pontiſice, Regnum Poloniæ SIGISMVNDO III. Rege: Epiſcopatum Cracovienſem: Bernardo MACIEIOWSKI, poſtea S.R.E. Cardinali, acceptum in

Feſto

Festo S. Andreæ Apostoli A. D. 1603. ultimâ die Mensis 9bris Diploma confirmationis, unà cum Romanis Responsorijs (quòd hæc Nobilis Sodalitas erecta Cracoviæ sub titulo Assumptionis B.M.V. sit aggregata per Confirmationem à S. Sede Apostolica Primariæ Romanæ Congregationi Dei Paræ Annuntiatæ & omnium Gratiarum & Indulgentiarum per S. Sedem Apostolicam concessarum particeps facta) obtulit Congregatio Illustrissimo loci Ordinario publicandum & affigendum ad valvas Ecclesiarum.

Oblatum itaq; ejusmodi Diploma propensô suscepit animô, Antistes Celsissimus; subjiciendo, se quoq; antiquum Dei Paræ Virginis famulum Albo Congregationis Primariæ Romanæ olim inscriptum, velle etiam nunc esse in numero recentis hujus Sodalitatis. Quapropter die destinatâ 20. Mensis Februarij, Sacrâ Festo SS. Martyrum 55, qui ad Tyrum sunt passi post Dominicam Septuagesimæ, Annô Christi 1604 venit Antistes Eminentissimus ad Oratorium Cōgregationis magno in comitatu Reverendissimorum Prælatorum, Canonicorum, Cleri, & Nobilium, cum Reverendissimo D. Martino SZYSZKOWSKI Nominato Episcopo Luceoriensi Congregationis jam Sodali: atq; post preces ad DEVM fusas primò Sacrum lectum habuit, tùm Nomine omnium MM. DD. Sodalium, ab Illustri M. D. Præfecto Ioanne *de Zebrzydowice* ZEBRZYDOWSKI, Capitaneo Lanckoronen: per brevem Orationē est exceptus. Postquam verò in loco sibi ad hunc finem parato consedisset, prolixô sermone multa in laudem Congregationis interserendo,

Confirmationem ejusmodi promulgavit: Demùm subjecit se multùm gaudere, quòd Ipsomet Antistite tàm Sanctum exsurgeret Sodalitium.

Post denuntiationem Confirmationis, & abitum ex Oratorio Illustrissimi Episcopi, cecinit Sacrum DEO in gratiarum actionem, Illustrissimus & Reverendissimus Dñus Martinus SZYSZKOWSKI, Nominatus Episcopus Luceoriensis. Adhortationem dixit Rdus in Christo Pater Fridericus Barscius, Theologus & Confess: Serenis: Regis SIGISMVNDI III.

Plures alij tùm Ecclesiastica Dignitate Illustres Viri, tùm extranei sua Sodalitati nomina consecrando, Oratorium Congrerationis visitârunt, in eoq; sacrificio Missæ diebûs festis interfuerunt. Præcipuè qui id frequenter factitabat, fuit Illustrissimus & Reverendissimus D. Petrus TYLICKI Vice-Cancellarius Regni, Episcopus tunc Culmensis, postea Cracoviensis.

§. 3tius.
Oratorium Congregationis visitat Illustrissimus Palatinus Cracoviensis.

ANnô à partu Virgineo 1604. die 25. Mensis Martij sacro Dei Paræ Virginis ab Angelo salutatæ, pro sua benevolentia erga institutam Sodalitatem, & pietatem in Dei Matrem, invisendo Oratorium Congregationis Illustrissimus Nicolaus ZEBRZYDOWSKI Palatinus Cracov: & Generalis Minoris Poloniæ, Stezicensis & Sniatinensis Capitaneus, in eo

in eo Missæ sacrificio & adhortationi interfuit. Atq; ante egressum ex Oratorio, Magnificos D. Sodales zelosis exorabat precibus, ut pro dilatando cultu DeiParæ, majorem impenderent operam, quàm ipse hactenùs curaverat vel promoverat.

§. 4tus.
Visitatio Oratorij Congregationis à Magnatibus Regni, & sacra in eo celebrata.

ILlustrissimus & Rmus Dnus Claudius RONGONVS Comes, & Episcopus Regij, Sanctissimi Dni CLEMENTIS VIII. Papæ Nuntius, apud SIGISMVNDVM III Poloniæ & Sueciæ Regem: Et Illustrissimus Reverendissimus D. LELIVS RVINVS, Episcopus Babnoregij, SSmi Dni PAVLI V. Papæ ad Regnũ Poloniæ Legatus: atq; Illustrissimus D. Petrus TYLICKI ViceCancellarius Regni, Episcopus Culmẽ:. Complures quoq; Perillustres Rmi D. Canonici Cathedrales inuisendo Oratorium Congregationis & in Archivo ejusdem visos collaudando libros, non tantùm Missæ sed etiam exhortationibus adfueruut.

Ipse Serenissimus SIGISMVNDVS III. Rex, Annô Christi 1605. invisendo Oratorium Sodalitatis cum Serenissima CONSTANTIA Regina Consorte sua, & Serenissima MARIA Ducissa Bavariæ, Archiducissa Austriæ, Matre Serenissimarum ANNÆ & CONSTANTIÆ: necnon MAXIMILIANVS Archidux Austriæ & Transylvaniæ, atq; Pa-

latina

latina Archiducissa Austriæ, in eo sacrificium Missæ Christiana cum pietate audierunt.

Sub id tempus visitationis placuit in Oratorio Congregationis Serenissimæ MARIÆ Archiducissæ Austriæ, Imago S. Casimiri, olim Sodalitati donata à Perillustri & R.D. Gregorio SWIĘCICKI Canonico Vilnensi. Quapropter pridiè sui abitûs petijt eam sibi dari à Rege. Sed Rex pientissimus decem alias eidem simillimas se donaturum promiserat, modò hanc unicam invitâ Sodalitate non acciperet. Cæterùm cùm hanc unam alijs præferret, nec à precibus desisteret, urgeretq; omninò sibi eam donari, & Sodalitas universa hanc rem intelligeret, dictam obtulit Imaginem per unum ex Sodalibus, qui præmissa panegyri, omnia fausta in discessu, nomine Sodalium precabatur.

Oblatum itaq; ejusmodi munus à Congregatione, MARIA Archidux Austriæ gratô suscepit animô, & ejus Filiæ CONSTANTIÆ Reginæ Poloniæ, cordi fuerat, siquidem Varsaviâ ex Comitijs pro hoc dono, suæ Matri oblato: misit Sodalitati 50. aureos Nummos hungaricos.

Pro quali munificentia declarando suam animi gratitudinem Congregatio, gratias remisit per literas.

Non vacabat & aliîs sequentibûs annis Oratorium Congregationis à visitatione Magnatum. Annô à partu Virgineo 1607. & 1609. descendebant ad illud pro celebratione Missæ Perillustres & Admodùm Rdi. Dñi, Thomas OBORSKI, & Stanislaus SIECINSKI, Canonici Cathedræ Cracoviensis, Sodales Congregationis: atq; Illustrissimus & Reverendis-

rendm9 D. Martinus SZYSZKOWSKI Episcopus Luceorien: cùm Cracoviæ manserit, sed Illustrissimus Mathias PSTROKONSKI Episcopus Premislien: ViceCancellarius Regni frequentissimè. Illustrissimus & Rdissimus D. Eustachius WOŁOWICZ Referendarius Magni Ducatûs Lithuaniæ: nec non Illustrissimi, Magnifici D. Stanislaus GARWASKI Castellanus Płocensis, Capitaneus Gostinen: Henricus *de Dabrowica* FIRLEY Referendarius Regni. Et M.D. ROGODYNSKI ViceCapitaneus Cracov: singuli Cracoviæ præsentes; invisere Oratoriū Congregationis non intermittebant, Illustris & M. D. Balthasar STANISŁAWSKI Supremus Regni Thesaurarius, Stagrodien: Szydłovien: &c. Capitaneus invisendo illud; sacro & exorthationi adfuit.

§. 5tus.

Profectus ad exteras Nationes Illustris & M. D. IOANNIS ZEBRZYDOWSKI cum suo Moderatore.

QVoniam Illustris & MD. Ioannes ZEBRZYDOWSKI unà cum suo Illustri Moderatore Felici ZEBROWSKI destinaverat proficisci in Germaniam, Italiam, Galliam, & Hispaniam, proindè Sodalitas declarando suam tanquam erga Authores Congregationis benevolentiam, dedit utriq; Testimoniales Literas seu Patentes, quæ leguntur in Annalibu Congregationis tenoris ejusmodi.

PATENTES

Illustri ac Magnifico Domino Joanni Zebrzydowski proficiscenti ad exteras Nationes.

Sodalitas Cracovien: B. M. V. Assumptæ, sub Nomine Ejusdem Gloriosissimæ DEI Genitricis in Sodalitatem incooptatis, & præsentes literàs inspecturis, salutem in Domino.

Cùm omnibus exploratum sit, quàm copiosi cunctiq; exoptandi bonorum proventus, ex proborum Hominum conversatione & Sacra in Dño familiaritate promanant, comitanda ex præsentibus literis censuimus, quæ ad corroborandum necessitudinis vinculum, plurimum referre probè providimus. Quippè nemini dubium esse existimamus, quin is, cujus omnis industria & frequens cogitatio, tum in Dei primùm obsequio, ac amore, tùm in Reginæ Angelorum honore ac gloria amplificanda, promovendâq; sedulò ac integrè versata est, vel spectatissimi honoris loco dignissimus judicaretur, Cæterùm cùm ex horum numero sit Illustris ac Magnificus D. Ioannes Zebrzydowski *Palatinides Cracoviensis, Capitaneus Lanckoronensis &c. &c. Cùm ob multas virtutes Nobis admodùm charus, quibûs Illustrissimo ac Clarissimo in Regno Poloniæ Senatori DD. Nicolao Ze-*brzydowski *Palatino Cracoviensi Parenti suo optimo non degenerem se præbuit, tùm de nostra Sodalitate optimè meritus, eidem sui*

*idem sui laboris & virtutis præmium apud omnes conciliatum esse apprimè desideramus. Is enim est, qui pro accepta pietate jure quasi hæreditario à Clarissima Majorum suorum Zebrzy-*doviorum *Familia, proq; suo singulari in DeiParam Virginē cultu, & Paternarum virtutum imitator esse voluit, & Christi Parentem Gloriosissimam, à prima fermè ætate, Patronam sibi Tutelarem elegit: Quod studium ut testaretur luculentiùs, cùm in Cracoviensi celeberrima Academia optimis artibus operam daret, audiens quanta accessio sit, ac profectus tùm in virtute, tùm in literis, in eorum animis, qui se in Clientes DeiParæ Virgini promptè offerunt, eam in animum suscepit cogitationem, quâ adinstar aliorum Sodalium, se Eidem Reginæ Cælorum Clementissimæ in Clientem traderet; & peculiaribûs votis obstringeret. Cùm porrò ea Sodalitas DeiParæ Virginis, hac in Vrbe desideraretur, aliæ verò permultæ ac laudabiles essent institutæ, Suasor illi fuit Generosus D. Felix* Zebrowski, *cujus educatio eidem commissa fuit, ut pro Nobilitate, quæ Cracoviam ex toto hoc Regno confluit, talis erigeretur Sodalitas B. V, qualem in alijs celeberrimis Academijs & Collegijs laudabiliter esse institutam audiuerat. Nec irritus fuit conatus, quippè cum suo effecit Genoroso Dno Felice* Zebrowski, *ut datîs Romam literîs ad primam Sodalitatem B. V. quibûs peteret ejusdem Sodalitatis erectionem, & cum eadem Romana Congregatione conjunctionem. Quod & obtinuit, & eandem Sodalitatem sub titulo Virginis Assumptæ aperuit, cujus exemplô ac conatu permoti permulti Viri Illustres ac graves. eidem Sodalitati Nomina sua dederunt, quàm temporis successu reddidit*

amplissimam, & ejusdem Congregationis munus Præfecti magna cum laude, ac omnium, qui in hac Sodalitate sunt, consolatione obivit, Reginæ Cælestis cultum ac honorém sedulò & suó exempló & Nominis sui splendore promovens. Hunc igitur Vobis ut Congregatione & Familiá Vestra dignissimum de Nostra verò optimè meritum, quàm diligentissimè commendamus, summi beneficij locò accepturi, si nullam ei apud Vos, aliasq; omnes Sodalitates B.V.M. ad benevolentiæ vestræ fructum viam clausam esse intellexerimus. Datum ex Oratorio Nostro Cracoviensi die Nativitatis B.V. M. Annó à partu Ejusdem MDCIV.

Hieronymus Kawęcki V. Præfectus,
Martinus Lochius Artium & Phiæ Bacc:
Congreg: Secretarius.

Similes accepit Patentes à Congregatione Illustris & A. R.D, Felix Zebrowski Præpositus Lescensis, profecturus ad exterorum Provincias. Sed alijs Sodalibus Cracoviâ abituris, atq; non manentibus dabantur Patentes nexûs hujusmodi:

SODALITAS MARIANA
VIRGINIS DEIPARÆ IN CÆLOS ASSUMPTÆ IN DOMO PROFESSA CRACOVIENSI SOC: JESU

Omnibus inspecturis Regina Nostra clementiam & favorem.

UT alienis non eget hederis, quem suæ ornant laureæ; ita laudatissima Illustris & M.NN. Virtus à se ipsa commendata nostris

opus

opus non habet laudum incrementis. Satis ſuperq́ eam Cœtui Noſtro probaſſe viſus eſt, poſtea quàm multa, quá pietatis, quá fervoris in MARIAM Dominam noſtram Auguſtiſſimam poſuit argumenta, plura etiam magnâ omnium expectatione relicturus, ni eum loci ac temporis viciſſitudo ex oculis ereptum voluiſſet. Quia tamen ea eſt Sodalitatum omnium conſuetudo, ut profecturis aliò Alumnis, virtutis ſuæ teſtes porrigant Literas, eas Nos quoq́ huic impendimus tantò liberaliùs, quantò ſe ille tùm probato in Sodalitate virtutum exemplô, tùm dignô, N.N. munere Cœtui Noſtro commendavit ſingulariùs. Eum itaq́ quocunq́ proceſſerit, omnibus ejusdem Auguſtiſſimæ Matris Cœtibus ſummoperè petimus commendatum, In quorum fidem has manu Noſtra ſubſcriptas, & Sigillô Sodalitatis noſtræ munitas damus. Cracoviæ ex Oratorio Noſtro Mariano. Anno à partu Virginis & Dominæ Noſtræ N. Die N. Menſis N.

§. 6tus.

Literæ à Sodalibus, & ad Sodales.

Annô Dñi 1604 Die 13 Menſis Octobris Illuſtriſſimus & Rdiſſimus D. Martinus SZYSZKOWSKI Epiſcopus Luceorienſis dedit Reſponſorias ad Literas Congregationis, ſignificatorias ſibi quòd Illuſtris ejus ex Fratre Nepos Nomen ſuum inſcripſerit Albo Congragationis:

LITERÆ

Illustrissimi & Reverendissimi D. Martini SZYSZKOWSKI Episcopi Luceoriensis ad Congregationem.

Nullum rectiùs de suo in me animo, uberiusq́; testimonium D. V. afferre potuerunt, quàm cùm eas literas ad me dederunt, ex quibus perspicere licuit & memoriam mei apud D.V. vigere & me absentem non minùs quàm præsentem singulari benevolentiá complecti: Hæc tàm egregia D.V. erga me voluntas tantò mihi jucundior atq́; optabilior accidit, quantò diligentiùs enitor, ut mei erga Congregationem V. studij dari ea aliquando à me signa possint, quibus facilè D.V. sint judicaturæ, tàm semper à me hujus Sodalitatis memoriam cultam esse, & nunc coli, quam & ejus dignitas & perpetuus erga D.V. amor postulare videntur. Quod verò Nicolaum Nepotem meum in eandem adsciverint, id uti locò beneficij pono, ita longè gratissimum duco, nusquam enim majora pietatis fundamenta jacere poterit. Quare hoc etiam sibi de me D. V. persuadeant, velim, nullum esse neq́; studij neq́; officij genus, quod quidem à me proficisci possit, quod non libenter ad hanc Sodalitatem ornandam, amplificandam sim collocaturus, Interim autem devotis D.V. orationibus diligenter me commendo: Quas semper optimè valere opto. Dati: Ianoviæ 13. Octobris Annó 1604.

Dm. Vrarum
Addictissimus Fr.
Martinus Szyszkowski E. L.

Annô D. 1605. Die 12. 9bris Sub-Præfecto Congregationis D. Mathia Tarcinas Art. & Philosophiæ Doctore, visum erat Sodalitati memori beneficiorum, perceptorum ab Illustri M. D. Ioanne Zebrzydowski Palatinida Cracov: Capitaneo Lanckoronensi, ut Literas daret ad eundem, à quo Responsorias accepit die 5. Mensis Januarij, Annô à partu Virgineo 1606.

LITERÆ SODALIUM ROMAM

Ad Illustrem & Magnificum D. Palatinidam Cracovien:

Sodalitas B. M. Virginis Assumptæ Cracoviensis Illustri & Magnifico Dño Ioanni Zebrzydowski Palatinidæ Cracoviensi Capitaneo Lanckoronensi &c. &c.

SI quando Illustris & Magnifice Domine, grati animi significatio jure quodam ijs, à quibus naturæ beneficijs affecti sumus, exhiberi debet. tùm certè vel maximè, cùm id summum experimur, quod in nos collatum & agnoscimus & profitemur, censemus faciendum, imitati scilicet inferenda gratia (ut Hesidius monet) agros fertiles, qui multoplùs afferunt, quàm receperunt. Etenim si in eos, quos speramus profuturos nobis officia conferre non dubitamus: quales in eos esse debemus, qui jam profuerunt? Nam quô majore beneficiô quispiam obstrictus est, & in referenda gratia vel negligentior vel remissior fuerit, eum majori impudentia, & injustitia graviore

eundem

eunde m condemnemus est necessarium: in quem lapidē ne inpingamus, & ratio, quæ summa est mortalium Magistra, & ingens beneficiorum cumulus, à Te Illustris & Magnifice Dñe in Nostram Congregationem congestus commonefacit. Tuâ enim præstanti & præcipuâ operâ in Vrbe Poloniæ præstantissimâ omnibus studiorum Cultoribus ad pietatem & cultum Virginis B. pecculiari quadam ratione aditus est patefactus. Qui quidem omnes non obsonis imprimis exoptant votis, ut Te Deus Optimus Maximus florentissimum conservet quàm diutissimè, & Vniversi gratum animum pollicentur, simulq; eadem voce expetunt, ut nos Tuâ benevolentiâ atq; favore constanti semper Illustris & Magnifica D.T. tueatur: Optimè valeat Illustris & Magnifica D.T. in Dño. Craco: XV. Calend: 9bris Anno D. 1605.

Illustris & Magnificæ D.T.
Famulus deditissimus
Magr: Mathias Tarcinas
Congregationis B.M.V. Præfectus
cum Universa Sodalitate.

LITERÆ RESPONSORIÆ

Illustris M.D. Palatinidæ Cracov. Lutetijs Parisiorum ad Congragationem.

Mensis Ianuarij die 5. Annô à partu Virgineo 1606. Congregatio ad suas datas die 12. 9bris A. 1605. accepit ab Illustrissimo Ioanne ZEBRZYDOWSKI Responsorias Parisijs sequentes.

B.V. MARIÆ Assumptæ Crac. Congregationis SS. DD.

Etsi

Etſi nihil mihi gratiùs aut jucundiùs literis Tuis Sancta Sodalitas accidere potuit, quià tamen officij mei priorem locum, à tua non minori in me pietate, quam diligentiá perpetuum eſſe vereor, non poſſum non ſuberubeſcere, Nihil enim apud me antiquitùs officio ſtatuo: quid? animusne vel voluntas defuére, Nequaquam! ſed dum officia mea, uberiùs otium de die in diem expectans, Tibi per literas deferre cogito, intereà Tua fecit ſingularis in me pietas, ut anteverteres: Equidem meritò Vos Sodales mei imitaturi agros fertiles, gaudere poteſtis, multoplùs referentes, quàm acceperitis: ſed quid mirum? hic ipſe ager à DEI Matre quæ & Virgo, conſitus & excultus nonne uberiores pietatis fructus cæteris proferet? Hanc ego certè multis vicibus in varijs & Orbis & itinerum caſibus, a Patrona hujus Sanctæ Societatis adductus, agnovi præſentem, quod omninò eſſe videbor, id ut fugiam, fugere haud debeo, me Tibi obligatiſſimum fateor, in ſerviendoq; promptiſſimum, nulli curæ nec labori parcendum exhibeam oportet. Iam verò hunc tantùm affectum in propagando cultu DeiParæ Virginis in illa celeberrima Sarmatiæ Vrbe vigere vehementer lætor, utq; per novum hunc annum in dies magis ac magis numerus Servorum Reginæ Cæleſtis augeatur, exopto. Cæterùm Vos Sodales dilectiſſimi, pro me varias Provincias peragrante Diviniſſimã Beatiſſimamq; Virginem ſupplicare non deſiſtatis humillimè precor, valete in Domino. Datum Lutetiæ Pariſiorum 5. Ianuarij Annô poſt Virgineum partum 1606.

Tibi addictiſſimus, Sodalitas,
Joannes Zebrzydowſki *Capit. Lanckor.*

C Eodemq;

Eodemq; Annô Christi 1606. scripsit Congregatio Literas gratiarum actorias Serenissimæ CONSTANTIÆ Reginæ Poloniæ pro misso ab ea sibi Varsaviâ munere.

LITERÆ CONGREGATIONIS GRATIARVM ACTORIÆ

Ad Serenissimam CONSTANTIAM Poloniæ Reginam pro munere sibi ab ea misso Varsaviá.

SERENISSIMA ac POTENTISSIMA REGINA DOMINA DOMINA NOSTRA CLEMENTISSIMA

Post humillimam Nostræ Congregationis obsequiorum commendationem, salutem, felicitatem & diuturnum Imperium S.M.V.

CUPIMUS.

Felicem admodùm Nostra hoc in loco se existimat Parthenia Sodalitas, quod quæ sub auspicijs Cælorum Reginæ pientissimè militat, Reginam etiam nostrarum terrarum sibi experiatur faventissimam. Cælorum enim Reginæ patrocinió terrarum verò Dominæ fulta dùm fuerit præsidió, quid illi ad felicitatem deesse poterit? Petimus proinde ab Eadem Clementissima Nostri Sodalitij Patrona, hanc ut erga suos Clientes Regij animi propensionem per Filium suum impetret remunerandam. Et verò eam in spem Serenissima Regina venimus, nec Filium Christum suæ Charissimæ Matri, id quod ab ea petitur denegaturum, Quam Ille semper pro sua Reverentia exaudiet, nec Matrem tantam vicissim S. M.V. defuturam. Quid plura? accepimus pro Sodalitate Nostra à S. M V. Regium munus, Regij verò & liberalis animi indicium,

Nostra

Nostræ illud in hac Congregatione SSmæ Patronæ cedit honori. Et ne multis agamus, unum illud addimus, quod sicut DEO Ipsi, sic & Ejus Parenti offerre beneficium est uberem referre remunerationē: Quare cùm Dominam Nostram deinceps salutabimus, unum illud ab ea petemus, ut pro Serenissima Matre, quæ S. M.V. Nostris obtulit regnis, Cælorum Regina S. M.V. & in terris & in Cælis se Matrem monstret benignissimam. Quod reliquum est, eadem Patrona Nostra suam hanc Congregationem S. M.V. commendat, quam unà cum Serenissimo & Invictissimo Rege nostro, & Vladislao *Principe nostro exoptatissimo benè valere, diu vivere, & regnare feliciter exoptamus. Datt. Cracoviæ in Oratorio Congregationis tituli B. M.V. Assumptæ.* 11. *Iunij* 1606.

S. M.V. Humillimi
servi Congregationis B. M.V.
M. Mathias Tarcinas *Congreg. Præfectus.*
D. Thomas Jabłoński *Secretarius.*

Annó D. 1609. Ex Franconia à Congregatione Herbipolensi ad Sodalitatem Nostram literæ venerunt nunciatoriæ de fatis M. D. JOANNIS ROGODYNSKI, Sodalis inscripti in Album Nostri Oratorij, quas manu propria subscripsit Præfectus illius Congregationis Herbipolensis Celsissimus STANISLAVS RADZIWIŁ Dux in *Ołyka & Nieswiez.*

LITERÆ CONGREGATIONIS
HERBIPOLENSIS EX FRANCONIA
Ad Congregationem Cracoviensem B. M. Virginis Assumptæ.

Reverendissimi, Nobiles, Doctissimi, piissimiq; Viri, ac Domini Annuntiatæ B. Virginis Sodales Fratres nostri in DeiParæ Filio Charissimi.

MOx ut Ingenuus & eruditus Dñus Ioannes Rogodynski *Nobilis Polonus, Herbipolim advenit, gravi morbô correptus fuit, in quo adeò multæ patientiæ indicia & magnæ pietatis in Sacratissimam Patronam Nostram argumenta edidit, ut de præclaris illius virtutibus, & modestissima morum compositione Sodales summam singularemq; conceperint opinionem, clareq; collegerunt, quod si vita ei superstes remansisset, se veluti vivum quoddam exemplar omnibus, quod imitarentur, præbuisset, & ideo, ut pijssimus Sodalis mortuus 7mâ Maj omnium sui post se desiderium reliquit. Quarè ob mutuam Nostram conjunctionem, sinceramq; charitatem summoperè rogamus, ut ejus animam consuetis Congregationis Marianæ suffragiis DEO commendare dignemini. Nos simile Charitatis officium pollicemur; Valete in Domino. Herbipoli Annô* 1609.

Albertus Stanislaus Radźiwił
Dux in Ołyká Nieswiesz Præfectus.
A. Secretis M. Joannes Rednerus.

Annô salutis nostræ 1612 dederat causam scribendarum literarum in Galliam Patri Gottono Societatis JESU Theologo

ologo, & Christianissimi Galliarum Regis LVDOVICI XIII. Confessario, Carolus Gorgon, Filius Nicolai Gorgon Civis Vrbis in Normania Regni Galliæ celebris, & ditissimi: Qui Cracoviam veniendo, in illa commoratus Oratorium Congregationis frequentabat, & Nomen suum Albo Congregationis inscripsit. Sed intra breve tempus infirmitate correptus, munitus omnibûs Sacramentîs, sanctè obijt. Post mortem reliquit summam aureorum hungaricorum quingentorum viginti octo, grossorum decem, quæ videlicet summa juxta æstimationem protunc aureorum faciebat in moneta polonicali mille ducentos triginta duos florenos, grossos decem. Ne igitur hæc summa deperiret, deputati à Congregatione sunt duo ex Sodalibus Sacerdotes ætate & moribus conspicui, qui transmitterent prædictum pecu-lium in Galliam Lutetias Parisiorum reddendum suis Creditoribus. Et quià illi plures numerabantur & eorum notitia, nec certus numerus investigari poterat, proindè hæc pecunia ad manus R. P. Gottoni S. I. Theologi, Regis Galliarum Confessarij est transmissa per Cambium, simul cum binis literis unâ à Patre Congregationis, alterâ à MM. DD. Sodalibus commendando ei dilgentissimè dictum negotium.

LITERÆ CONGRGATIONIS
LVTETIAS PARISIORVM

ad R.P. Petrum Gottonum Societatis JESU Theologum & Christianissimi Galliarum Regis LUDOVICI XIII. Confessarium.

In negotio transmissionis pecuniæ demortui Caroli à Gorgon Galli Sodalis.

CAROLVS de Gordon vulgò Gorgon Normanus, Nicolai GORGON, Civis & Mercatoris Constantiensis in Normania Filius annòrum circiter viginti novem, seu 29: Cùm in Vrbe hac Cracoviensi per quinque Menses circiter (ignotus cæteris soli tantùm Confessario suo quisnam, & cur hic esset, notus:) valetudinarius vixisset, Sodalitatiq; huic Nostræ Nomine datô; virtutum exemplis Christiano homine dignis, nos ædificasset. Viribus corporis se in dies magis destitui advertens, animæ suæ magis quoq; pro videre quotidiè optabat. Quarè cùm pecuniæ certam summam (quam ex Patrimonio reliquam hactenùs habuerat, & quâ Creditores Parentis sui, redeundo in Gallias pro posse reddere contentos vehementer semper desideraverat) penes se haberet, videns sibi phtisi periculosá & gravi melancholiá reditum in Gallias moraliter certò præclusum, eandem pecuniam transmitti in Gallias vix posse falsò existimans, pijs locis in Civitate hac applicare statuerat, ut saltem hoc modô in utilitatem Spiritualem Creditorum Parentis sui illa cedere potuisset, & ipse coram DEO se in ea restituenda fecisse, quæ poterat, gauderet, & in conscientiæ foro liberasset. Sed cum rem hanc ex Confessario suo uno ex Reverendis PP. Societatis IESV, Viro pio & docto, qui huic Nostræ Congregationi præest fusè contulisset, & id boná conscientiá fieri non posse (cùm hæc pecunia multis nominibus Patris sui Creditoribus obligata ante esset, & transmissio ejus in Gallias non ita, ut ipse putabat difficilis) intellexisset, diligenter petijt à Nobis, ut negotio transmittendæ hujus pecuniæ, animæ suæ tàm salutarem operam nostrã sibi deesse non pateremur. Cujus justæ petitioni annuentes,

duos

duos è medio nostri Sodales Viros ætate, judició, & morum integritate conspicuos, Reverendos DD. Ioannem Zuchowski, & Ioannem Borinski actu Presbyteros elegimus, quibus ipse aureos hungaricos quingentos & quadraginta, simulq; scriptum quoddam, seriem totam infortunij Parentis ipsius, circa rem familiarem continens tradidit, qui eam ad Nundinas Francofortienses transmittere cum omni diligentia studebat; sed cum is, qui eò se profecturum, & secum hanc accepturum promiserat, animum mutasset. nec tam facilis transmissio aliá viá quã per Cambium occurreret. Nos (ob vinculum charitatis, quó nobis dictus piæ memoriæ CAROLVS in eadem Sodalitate DeiParæ devinctus fuerat) eandem pecuniæ summam cum omni diligentia, aureorum nimirùm quingentorum viginti, detractis ex ea hungaricis 12, qui ab Executoribus pro anima ipsius, post mortem ejus juvanda sunt expensi, integram, simulq; scriptum superius nominatum, remittimus per Cambium ad manus Reverendæ Paternitatis Vestræ, hoc fine; ut eam Reverenda Paternitas Vestra, tradat Magistratui Amplissimæ Civitatis Parisiensis, qui talibus causis judicandis præest, has Nostras ad se datas ostendat, petatq;, ut Creditoribus Parentis prædicti Caroli Gorgon in hac Civitate recenter defuncti, Parisiensibus, quàm Rhotomagensibus & alijs etiam juxta cathalogum, qui ab ipso vivente adhuc confectus in supra dicto scripto includitur convocatis, juxta S. justitiæ æquitatem, & officium suum, id inter illos distribuat. Certò Nobis persuademus Vestrã P. Reverendam Nobis in hoc negotio tàm pio operam suam non denegaturam, ad quam quod potiùs, quàm ad Magistratum

Pari-

Parisiensem hac in re scripsimus, causa est, quia, quis ex Magistratibus amplissimæ illius Vrbis, hujusmodi potissimum causis præesset, ad quem nostras dare debuissemus, incertùm nobis fuit. Cæterùm Reverendam Paternitatem Vestram, unà cum ipsius Christianissimo Rege, & amplissimæ illius Civitatis Incolis incolumem vivere, quàm diutissimè cupimus? Ei Nostra prompta simul obsequia deferentes. Ex Oratorio Nostro Annô Domini M.DC.XII. Die 14. Mensis Septembris.

Ad datas ejusmodi literas sequens responsum acceperunt MM. DD. Sodales Die 24. Mensis 9bris. Annô Domini 1612.

RESPONSUM.

à Confessario Christianißimi Galliarum Regis LVDOVICI XIII. *ad datas ejusmodi.*

Congregationi Assumptionis DeiParæ ex Nobilibus ad Domum Professam Societatis JESU Cracoviæ institutæ.

Admodùm & Illustres Domini Sodales.

PAX CHRISTI

Pietas ad omnia valet promissionem habens vitæ, quæ nunc est; & futuræ: hanc exhibuistis prolixissimam, erga Carolũ Gorgonium *isthic commorantem, vitâ exeuntem & ad commune solum revertentem, rependat, qui totus est Charitas, IESVS Christus, in quo Vos primùm saluto totô pectore, omniq; animi demissioris impetu. Tum certiores reddo accepisse me juxta*

Vrum

Vestrum mandatum à Dominis à Lumaga Campsoribus hungaricos quadringentos sexaginta novem & unius hungarici tres partes. Et quia difficilis videbatur perquisitio & disquisitio omnium Creditorum, consulendam existimavi Sorbonam, quæ respondit per sententiam trium Doctorum, utì videbitis *Ego parebo & Vestro desiderio & illorum judicio pro viribus favente DEO, ita tamen ut restitutio fiat antiquioribus Creditoribus, nullá factá mentione Personæ restituentis, aut illorum qui suam in hac re navárunt per solam & singularem charitatem; operam. Valete Illustres DD. macti animis in obsequio nostri Redemptoris charitatis officijs, & cultu nunquam satis commendato DeiParæ Virginis; secundùm Quam sum majorem in modum Vester omnium in omnibus & per omnia servus obsequentissimus; orate pro me ob amorem Christi. Parisijs Die 24. Novembris Annô Dñi* 1612.

Petrus Gottonus Soc. JESU.

Annô Dñi 1672. inscriptum sibi à R.P. Daniele Páwłowski Soc: JESV Librum, (cùi titulus *Concepta sine labe & concipiens Verbũ MARIA*) communicavit Congregatio alijs Sodalitatibus per literas sequentis styli.

SODALITAS MARIANA.

Sub Titulo Gloriosissimæ Assumptionis,

Ad Ædes D. BARBARÆ, Professæ Societatis JESU Cracoviæ

CONGREGATA.

Jllustrissimis, Reverendissimis, Perillustribus; Illustribus; Magnificis, cæterisq; Nobilissimis DD. Sodalibus Congregationis B. M. V. in Collegio N. Societatis JESU

MARIANAM SALUTEM.

Probè nostis Consodales Mariani, *indolem Omnis Boni fontium instar perennium, esse sui diffusivam, idq; illi ad felicitatem accedere, quod in alios derivaverit. Et quidem ingenitus iste omnîs Boni genius, nullibi Nativam magis nancisci potest stationem, quam in devinctis Divinissimæ DEIPARENTI Cætibus, qui dum pacifico MARI favoniorum Cælestium pleno, MARIÆ velificant, Bona sua, fortunasq; ad invicem non diffundere non possunt. Cùm igitur Nos nuper acceperimus, admirabiles duos Conceptus* (Conceptam sine labe, *&* Concipientem VERBVM MARIAM) *Nobis inscriptos ab A. R. P.* Daniele Pawłowski Soc: IESV, *in Collegio Cracovien: S. Th. Professore, & in Diœcesi Cracovien. Examinatore Ordinario, tanti Muneris à Divinitate Materiæ, Divinum habentis pretium, Illustrissimas, Reverendissimas, Perillustres, &c. Dominationes Vestras participes facere decrevimus; facimusq;, haud ignari, eam & munerum & animorum Vnionem, in Ejus quæ est* Vni Secunda Numini, *honores cessuram. Quod dùm iterùm atq; iterùm exoptamus, Novaq; anni Nascentis Exordia, Illustrissimis, Reverendissimis &c. Dominationibus Vestris gratulati, omnia cum illo secundissima, quia cum septuagesimo secundo vovemus, vicissimq; Nos Illustrissimarum, Reverendissimarum &c. Dominationum Vestrarum, Fraterno amori & favori commendamus.* Datum ex Oratorio *Nostro Mariano,* 6. *Ianuarij, Annô* 1672.

Illustrissimis, Reverendissimis, Perillustribus &c. Dominationibus Vestris Addictissimi
CONSODALES MARIANI.

Andreas Stanislaus Pienkowſki, *Canon. Eccl. Cath. Cracovien: S.R.M. Secr. Judic. Tribun. Regni Deputatus &c. Præfectus Congregationis.*

Stanislaus Skarſzewſki, *Castellan. Woyn. Magnæ Domûs Crac. Procurator, Drohobyc. Sto. klic. Złotor. Capitaneus, Cancellarius Congregationis.*

Stanislaus *à Lipe* Lipſki, *Eccles. Cath. Crac. Canon. S R. M. Secr. Cancellariæ Regni Regens, Secretarius Congreg.*

Joannes *de Bnin* Opalinſki, *Comes in Tęczyn, Pincerna Regni Błonensis &c. Capitaneus, Thesaurarius Congregationis*

Joannes Tańſki, *Instigatorides Regni, Vice-Præfectus Congregationis.*

Michael Casimirus Kościełł, *Succamerarides Oſmian. Capitaneid. Skirstimon. Assistens Primus Congregationis.*

Stephanus Przerembſki, *Castellanides Sądecensis, Capitaneides Tuſzyn. Assist. 2dus Cong.*

Stanislaus Florianus Kirdey, *Capitaneus Filippovien. Vice-Cancellarius Congregationis.*

Sigismundus Przerębſki, *Pincernides Wielunen. Vice-Secret. Congregationis.*

Georgius Morſki, *Pocillatorides Socbacz. Vice-Thesaur. Cong.*

§. 7mus.
Historia & Album Congregationis pro inſcribendis Sodalium Nominibus conficitur.

ET quia plurimorum Nomina per minùs diligentem vigilantiam Vice-Secretariorum non erant inſcripta, pro-

indè magno cum labore collecta in novum Album sunt translata, & eleganter descripta à G.D. Alberto OLESNICKI Majore Polono; Sodali Congregationis.

Jam verò operam describendi Historiam Congregationis suscepit G. D. Melchior BONIKOWSKI. Cùm autem necdum Sodalium Annales extitissent usq; ad Annum 1611. Illustris & M.D. Gabriel SZEMBEK Sodalis Congregationis, pro DEI Omnipotentis Gloria, Ejusq; Sanctissimæ Matris cultu dilatando, & posterorum ædificatione ac consolatione, insigne volumen ad conscribendam Historiam & Album Congregationis fecit comparari suâ munificentiâ.

§. 8vus.

Augmentum Congregationis.

MVltò plures sequentibûs annîs Serenissimorum, Celsissimorum, Reverendissimorum Nominum, Dignitate celeberrimi, inserendo sua Sodalitati Nomina; ejus auxerunt numerum.

Annô Dñi 1610. dedicârunt se Sodalitati Illustres & MM.DD. Adamus & Stanislaus PRZERĘMBSCY Filij Illustrissimi D. PRZERĘMBSKI Castellani Gnesnensis.

Et Illustres MM. DD. Lucas & Gaspar DZIAŁYNSCY Filij Illustrissimi Palatini Inowladislavien: Atq; duo Illustres MM.DD. Remigius & Christophorus KONIECPOLSCY; Filij Illustrissimi D. Palatini Siradiensis. *p. 97. 98.*

Præfectô Congregationis Perillustri & Admodùm Rdô Dñô Nicolaô TARANOWSKI Canonicô Cracoviensi,

Ipse

Ipſe Sereniſsimus & Potentiſsimus REX Noſter SIGISMVNDVS III, inſpectô diligenter Sodalium Albô, & pietate illorum in DeiParam collaudatâ, Nomen quoq; ſuum Sodalitati donavit, & Albo inſcribi mandavit. A. D. MDCIX. Die XII. Menſis Aprilis. p. 66.

Exemplô Regis Auguſtiſsimi eidem Albo Congregationis inſcripſit Sereniſsimum ſuum Nomen, Sereniſsima ac Pientiſsima CONSTANTIA Regina Annô eodē XIII Aprilis.

Et Sereniſsimus Princeps VLADISLAVS SIGISMVNDVS, Regis Sereniſsimi Filius, Sereniſsimus Princeps Ioannes Bapt: OTTOMAN MACHOMETI III. Turcarū Imperatoris Filius, Oſmani, ad Chocimū Regnū Poloniæ oppugnantis Patruus, Muſtaphæ Frater Ritu Græco, clàm tinctus ſacrô baptiſmate. Hic captus in prælio, à pueritia, in tutelam acceptus à Magno Hetruriæ Duce, unà cum Principibus Filijs Hetruriæ fuit educatus Florentiæ, PAVLI V Pontificis Maximi, RVDOLPHI II Cæſaris, PHILIPPI III. Regis Catholiciſsimi benevolentiâ & favore, ubiq; honorficè habitus & tractatus. Cracouiæ aliquo tempore vivens, ad Oratoriū Congregationis frequentabat, & ſuum Nomen Sodalitatis Albo inſcripſit manu propria Latine, Italice, Arabice, Annô Domini 1624. Die 21 Menſis Martij. p. 68. 69. 86.

Annô Dñi 1669. die 3. Menſis 10bris D. FRANCISCO XAVERIO ſacrâ, inviſendo Templum D. BARBARÆ Domumq; Profeſſam Societatis IESV, Sereniſsimus & Invictiſsimus D. MICHAEL I Rex, ſimul inviſit Oratoriū Congregationis, & Nomen ſuū ejus Albo manu propriâ inſcripſit accla-

mante totô Marianô Cætu, Vivat, Vivat Serenissimus & Invictissimus MICHAEL Rex. *p.* 144.

Subscripsit etiam suum Nomen eidem Albo Serenissima Regina ELEONORA, die 19. Mensis Martij. Annô salutis humanæ 1671. *p.* 152.

Plures, alios Eminentissimâ, Celsissimâ, Illustrissimâ, Perillustri & Reverendissimâ Dignitate Claros continet Volumen Congregationis; *NVNTIOS APOSTOLICOS, CARDINALES, LEGATOS, PATRIARCHAS* Græci Ritûs, *METROPOLITAS, PRÆLATOS, PRINCIPES, DVCES KORYBVTHOS, LVBOMIRSCIOS, CZARTORYSCIOS. SANGVSCIOS.* Et de Clarissima Familia oriundos *FIRLEIOS, FREDRONES, ZAMOYSCIOS, TARŁONES, MNISZCHOVIOS, CZERNOS, IABŁONOVIOS, IORDANOS, OSSOLINSCIOS, LIPSCIOS, BRANICCIOS, CETNEROS, MĘCINSCIOS, LASZCZOVIOS, LESZCZYNIOS, OPALINIOS, PISARSCIOS, CHOMONTOWSCIOS, SZEMBEKOVIOS, ROMEROS, BOBOLAS, DENHOFFIOS, SIERAKOWSCIOS, ŁĘTOWSCIOS &c.* Quorum singulorum Nomina amplissimè recenset Congregationis Album.

§. 9nus.
Reditus ab Exterorum Regnis Illustris & M.D. IOANNIS ZEBRZYDOWSKI,

REversus de peregrinatione Gallica, Hispanica, Italica, Illustris M.D. Ioannes ZEBRZYDOWSKI Palatinides

Cracov:

Cracov: Capitaneus Lanckoronensis, & ejus à pueritia Moderator Perillustris R.D. Felix ZEBROWSKI, eo tempore, quô uterq; manebant Cracoviæ, Oratorium Congregationis frequentare, exhortationibus, & distributioni SS. Patronorum, alijsq; consuetis Sodalium exercitijs cum singulari in DeiParam pietate & ædificatione interesse non omittebant.

Perillustris & Admodùm R.D. Felix ZEBROWSKI, ante sui discessum ad Præposituram Lescensem sibi ab Illustrissimo D. Stanislao *de Leszko* STADNICKI, Castellano Premisliensi collatam. Votum sui muneris Congregationi reliquit.

§. Iomus.

Ornamenta Oratorij, Munera & liberalitas in DEIPARAM.

SPeciale ornamentum ex Reliquijs Sanctorum Annô 1608. contulit Oratorio Congregationis R.P. Nicolaus LANCICIVS Societatis IESV Theologus. Qui Româ in Patriam reversus, & indè plurimîs Sanctorum Reliquiîs cum facultate Sedis Apostolicæ secum in hoc Regnum evectîs, ex his insignes particellas Congregationi donavit. Nomina Sanctorum recensent Annales Sodalitatis pag. 72. & 116. Sed ut ejusmodi Reliquiæ Sanctorum debitum sibi apparatum & condecoramentum haberent, primùm Illustrissima D. Agnes Comitissa *de Tęnczyn* FIRLEIOWA; Palatina Cracov: certã peculij summam obtulit, postea majorem auxit ad hunc finem Illustris M.D. Ioannes Georgius LIBER-BARO à Logau aliquoties Præfectus Congregationis.

§. II.

Munera & Liberalitas in DEIPARAM.

PRo augenda in DEVM & Sanctos pietate, pro adornando Congregationis Oratorio, obtulerunt Sanctorum Imagines, Perillustris & A. R. D. Gregorius SWIĘCICKI Canonicus Vilnensis, & Illustrissimus D. GARWASKI Castellanus Płocens:, Capitaneus Gnesnensis, & Spectabilis D. Ludovicus Cromer Consul Cracov. Reliquas sumptu Sodalium depingebat eleganter Nobilis D. Thomas Delabella Italus; SIGISMVNDI III Pictor. *pag.* 60. 160.

Quò ad apparatum, pro usu ad Missam, & quò ad argenteam suppellectilem, pretiosis condecorârunt Oratorium muneribûs, Ipse Serenissimus Rex SIGISMVNDVS III per R. P. Fridericum BARTSCIVM suum Confessarium, *pag.* 47.

Illustrissimus D. Ioannes ZEBRZYDOWSKI Palatinus Cracov: Illustrissima D. Agnes Comitissa *de Tęnczyn* FIRLEIOWA Palatina Cracov: Illustrissima Ejus Filia Barbara FIRLEIOWNA Palatinis: Cracovien: Et Filia Illustrissimi D. Stanislai MINSKI Palatini Lanciciensis, ViceCancellarij Regni, Ioannis autem Comitis *in Tęnczyn* Pocillatoris Regni Consors. Illustrissimus & R. D. Mathias PSTROKONSKI Episcopus Premisliensis Cancellarius Regni, qui pro benedicta in Festo Purificationis B. M. V. face cereâ sibi à Congregatione oblatâ, singularem suam remisit munificentiam. Perillustris & A. R. D. Felix ZEBROWSKI, Magnificus D. PACEK, M. D. Gabriel SZEMBEK, qui etiam aliquot Volumina in folio, unum pro inscribendis Benefactoribus

Congrega-

Congregationis. aliud pro rationibus dati & accepti, aliud pro conſcribenda Hiſtoria Sodalitatis donavit Congregationi: Qui verò ſuis donatîs librîs bibliothecam Congregationis auxerunt, recenſent amplè Annales. *p*.43.69.71.78.85.174.

Reviviſcunt quotidiè in ijsdem Annalibus etiam eorum veneranda Nomina, qui ſingulari in DeiParam liberalitate moti, ſeſe cum ſuis votis dedicârunt Congregationi in argenteis tabellis.

Erant primò illi Olivenſes Religioſi, cum ſuo Perilluſtri & Rdiſsimo Abbate Chriſtophoro Carolo ŁOKNICKI, qui ex Civitate dicta *Oliwá* argenteam tabellam pro victima ad Arã B.M.V. Congragationis noſtræ obtulit. Tũ m plures alij magni Nominis claritate conſpicui.

Illuſtris & M. D. CZARNECKI Enſifer Regni, pro felici regreſſu ab exteris nationibus. Illuſtriſsimus D. BRANICKI Mareschalcus Regni. G. D. BOIM Leopoli, Padvam proficiſcens. Illuſtris M. D. Nicolaus TARŁO Caſtellanides Premislienſis ante diſceſſum Chotimum. Perilluſtris R.D. Georgius DENHOFF Canonicus Cracov: Illuſtris M. D. Ioannes WOLSKI. M. D. Tiburtius ZARAWSKI, belligerando in Gallia pro felici reditu in Patriam, appromiſsũ votum detulit. Illuſtris M.D. Franciſcus FREZER in articulo mortis. M.D. Maximilianus CZARNIKOWSKI, M.D. MIASKOWSKI. Rdm̃us D. KONNIK Canonicus Varmien: M.D. Alexander RYKOWSKI. V. Virgo WOIAKOWSKA Monialis Staniatciîs. Admodùm R.D. LIGĘZA Budźianna. M. D. Venceslaus Albertus STANISZEWSKI. Spectabilis

E Spinek

SPINEK, Patritius Cracoviensis. D. Ioannes MARKIEWICZ Patritius Cracov:, ante abitum ad exteras Gentes. M.D. Michàël KOCIEŁŁ. Illustris & M.D. Carolus WAPOWSKI suam causam DEIPARÆ commendando. Illustris & M.D. KRASZEWSKA Capitanea Neocorcinensis, & Ejus Filia Capitaneis Neocorcinen: M. D. Martinus ROGOZINSKI, M.D. Iacobus GLINKA Notarius Castren: Cracov: M.D. Franciscus GASZYNSKI, Dña Anna CEYFLEROWA.

Singuli argenteas tabellas in ornamentum Congregationis & pro impetrandis suis desiderijs, Aræ DeiParentis, se in illis dedicârunt. Sed tàm æstimabiles pretiovictimæ in spolium Suecorum graves contributiones extorquentium etiam à Domibus Sacris cesserunt. Quam ob rem etiam Congregatio Civitatensis non pauca de sua argentea supellectili amisit.

§. 12mus.

Præclara reliquorum Benefactorum Congregationis Nomina.

PErillustris Admodùm R.D. WOLSKI Custos Miechoviensis, M.D. PIENKOWSKI, Perillustris & Reverendissim⁹ D. CIENSKI Decanus Cracov: Perillustris & Rndmus D. D. ZEBRZYDOWSKI Custos Cracov: Perillustris & Admodùm R.D. TARNOWSKI Canonicus Cracovien:, Perillustris & Admodùm R.D. WOLSKI Præpositus ad S. Hedvigim, Perillustris & Admodùm R.D. RVSIECKI Præpositus Corporis Xti Illustris M.D. WODZICKA, M.D. GROCHOWIECKA.

§. 13tius

Virtus heroica & insignia facta Sodalium.

ANnô Christi 1604. Præfectô Congregationis Illustri M. D. Hieronymô KAWECKI, Magnifici Dñi Sodales imitando humilem Virginem DEIPARAM, posteris humilitatis exercitium instituerunt.

Feriâ 5tâ scilicet Magnæ hebdomadæ in Die Cænæ Dñi fecerunt epulum pauperibus in Xenodochio Studiosorum ad S. Spiritum, atq; illorum pedes abluebant, præeunte omnibûs Illustri M.D. Ioanne ZEBZYDOWSKI Palatinidâ Cracov:, Capitaneô Lanckoronensi. *pag.* 46.

Die autem insequenti, qui erat dies Parasceves, ad Oratorium circa Vesperum conveniendo, post brevem ad eos factam à Perillustri D. ZEBROWSKI, Præposito Lescensi, Christum Dominum in cruciatibus sunt imitati. Quale pietatis studium etiam per totam Quadragesimam exemplô S. Elzearij Comitis Riani singulîs feriîs 4tîs & 6tîs sanctè observârunt. *pag:* 86.

Plura præclara sui victoriæ exempla, & ex corde remisiones injuriarum capitalibus hostibus, attestantur Annales. *pag.* 113. 166. *&* 167.

§. 14tus.

Industria & exempla Sodalium in promovenda DEI Gloria & cultu DEIPARÆ.

ANnô à Virginis partu 1611. Permultos ad meliorem vitæ Statum & infectos errore Hæreticorum, ad ample-

ctendam Orthodoxæ fidei veritatem, ad usum Sacramentorum & salutaria capienda consilia adduxerunt suâ industriâ, zelô & operâ, atq; consilijs, & saluberrimîs persuasionibûs. Primus de numero Conversorum erat, qui Christi Crucifixi effigiem, & Imagines ad vias publicas in campis expositas non semel lapidaverat, & sclopetô impetiverat. Alter qui solius Religionis causâ Catholicæ, consiliô Sodalium à Parentibus profugerat. Tertius de scholis Hæreticorum Nigromanticæ artis scripta secum in Patriam attulit, aliosquè cæpit inficere, Quartus blasphemus præ desperatione, Quintus horrendorum suo inimico imprecator, & pluries in DEVM blasphemus, quòd ad suas imprecationes & mala inimico inferenda non concurreret, meliorem vitæ conditionē sunt amplexi, salubribûs monitîs & persuasionibûs Sodalium. Plures alios amplissimè recensent Annales Sodalitatis. *pag*: 89 107. 122. 132. 136.

§. 15tus.

Zelus Sodalium & pietas in DEVM.

UNus ex Sodalibus, quàm primùm rescivit esse damnatū librum Nicolai Machiaveli, quem penes se detinebat, illicò editionis authorem ejusq; doctrinam summè detestatus, retulit suo Confessario, inscribendo in folio ejus hæc verba: *Abjuro, abnego, reijcio, condemno, contemno*. *p*. 87.

Alter admissus à suo Familiari sed Hæretico ad bibliothecam sui demortui Parentis in Polonia celeberrimi Hæretici, ab eodem impetravit facultatem accipiendi libros, qui

sibi

ſibi placerent, igitur incenſus zelô fidei, plurima manu ſcripta hæretica, in flumine; Bona illius hæretici alluente demerſit, alios verò libros, Religioſorum Domibus diſtribuit. *pag.* 113.

§. 16tus.

Pietas & zelus Sodalium in DEIPARAM.

QVàm exquiſitè impendebant operam Magnifici DD. Sodales, ut tàm per ſe quàm per alios colerent DEI Matrem omni laude Digniſsimam, tùm invitando & inducẽdo plures ſuis conſilijs ad Sodalitatem, tùm viſitando Imagines DeiParæ gratiîs & miraculîs in hac Vrbe celebres, perhibent teſtimonium Annales *pag.* 88. Annô Dñi 1612.

§. 17mus.

Pietas Sodalium in Sanctos.

ANnô Chriſti 1610, Pietas & devotio in B. IOANNEM CANTIVM S. Theologiæ Doctoré, miraculis & ſanctitate in hac Vrbe celeberrimum, altas egit radices in animis omnium Fidelium, & Sodalium, eum privatâ devotione diligenter colentium, & ſepulchrum Illius frequenter & piè viſitantium. Ideò in gratiam MM.DD. Sodalium Reverendus Pater Petrus SKARGA Regius Eccleſiaſtes, vitam hujus Sãcti conſcripſit idiomate Polonico, & vitis Sanctorum à ſe editis inſeruit, Annò Dñi 1610. *pag.* 89

Idem zeloſus de ſacra Cathedra & coronatus Orator, pro ſua in DEVM pietate & in DEIPARAM obſervantia,

ferventem fecit exhortationem ad congregatos Sodales, eôdem Annô, illos confirmando in beneceptis & cultu DEIPARÆ propagando. *pag. 27.*

SANCTI TUTELARES

Electi à Congregatione pro Sodalibus cujusvis vitæ Conditionis & Status.

UT cujusvis Statûs, vitæ & conditionis haberet Congregatio Divinum Tutelarem, de nova pietatis industria elegerunt sibi MM. DD. Sodales Sanctos Patronos A. Xti 1612.

Illustrissimis & Reverendissimis Episcopis & Prælatis, simulq; Juris prudentiæ operam navantibus, adscitus est, S. CAROLVS BOROMÆVS Archiepiscopus Mediolanen: & S.R.E. Cardinalis, simulq; Juris utriusq; Doctor.

Pro Theologis, S. IGNATIVS *de Lojola* Societatis JESU Fundator, in celeberrima Parisiensi Academia laureâ Doctoratûs in Theologia ornatus.

Pro Medicis, Sanctus COSMAS Antiochenus, pro Fide in Christum Martyr inclytus.

Pro Philosphis, B. IOANNES CANTIVS, in Alma Vniversitate Cracoviensi studiorum Doctor & Professor Philosophiæ & S. Theologiæ.

Pro Oratoribus & eloquentiæ humaniorumq; literarum Studiosis, Sanctus STANISLAVS KOSTKA.

Pro Magnatum Filijs, Sanctus CASIMIRVS Poloniæ & Lithuaniæ Princeps, castitatis perfectissimæ omniumq; virtutum exemplar perfectissimum. *pag. 144.* Pro

Pro omnibus cujuscunq; ætatis & conditionis Aulicis, Causarum Patronis, & adhærentibus Cancellariæ sive Regiæ, sive Castrensi, S. Elzearius sive Eleezar, Comes Riani, Aulicus, Causarum Patronus, Cancellarista & Judex. *p.* 145.

Vt verò hic Sanctorũ Patronorũ delectus innotesceret, posteritati, curavit Sodalitas per Patrem Congregationis pingi Imaginem ab Italo Dño Thoma Delabella Pictore Regio Hungaricîs octo seu florenîs Polonicîs decem & octo, groß 20.

In hac Imagine, cernitur DEIPARA in Cælum Assumpta Filio asſidens, & pro Sodalibus interpellans, Regiô Diademate coronata, cui septem Divi Tutelares Congregationis, BonũSodalium ante Thronum DEI procurantes asſistunt.

Similem Sanctorum cultum contestati sunt MM. DD. Sodales asſistendo translationi Corporum Sanctorum Martyrum Romanorum, Sulpicij & Luciæ, Româ allatorum, quæ in Templo S. Mathiæ collocabantur. *pag.* 98.

Annô Divini ingresſûs in terras 1612. die 2dâ 10bris, Cùm Illustrisſimus & Celsisſimus hujus Vrbis Antistes Petrus TYLICKI indutus Pontificalibûs, translationem Corporum SS. Martyrum Romanorum Xysti & Christinæ ex Templo B. V. M. in Circulo Cracoviensi celebraret, processerunt magnifico cum apparatu MM. DD. Sodales, præcesseruntq; Sanctos Martyres circa Forum Cracoviense delatos, & ad Templum S. BARBARÆ (cui ex Vrbe donata erant) cum summo totius Civitatis concursu & applausu deduxerunt. Tùm duo ex DD. Sodalibus *M. D.* Ioannes BAZANOWICZ & *D.* Christophorus NIKLASZEWSKI Artiũm & Philosophiæ Baccal:

Baccalaureus, Vnus solutâ, alter ligatâ oratione, idiomate Polonicô actum translationis describendo & typis mandando, Solennitatem exornârunt, & toti Poloniæ Regno notam fecerunt. *pag.* 139.

§. 18vûs.

Pietas Sodalium in S. STANISLAVM KOSTKAM P.R.P.

SIngulare factum in honorem S. STANISLAI KOSTKA Patroni Congregationis & Regni totius, exposuit Dñus Abraham RONENBERG Proconsul Cracoviensis. Cùm in globum Turris Prætorij varij varia more Majorum ad posteritatis memoriam imponerent, ille cum Reliquijs ligni de Sacra Lauretana Domo DEIPARÆ. De Tumbis SS. STANISLAI Episc: Crac: & S. HYACINTHI. De Veste S. CVNEGVNDIS Ducissæ Poloniæ, AGNVS DEI cereum: & alia de locis terræ Sacræ, Reliquias quoq; Tumbæ in qua olim sepultus fuerat S. STANISLAVS KOSTKA, unà cum ipsius ex Angelorum manibus SS. Eucharistiam, præsente S. BARBARA suscipientis Imagine imposuit, eiq; supplicationem ad eundem Sanctum & cæteros Divos manu propriâ scriptam adjungens, sigillô suô aliquoties simul hæc omnia thecæ imposita obsignavit. Ejusmodi supplicationis tenor de verbo ad verbum est talis: *p.* 106.

D. O. M.

✠

D. O. M.

CUNCTORUM BONORUM AUCTORI
JESU CHRISTO
EIUSQUE INTEMERATÆ MATRI
MARIÆ VIRGINI

Simul Quoq;

TUTELARIBUS SANCTIS

FLORIANO, STANISLAO & HYACINTHO

CUM RELIQUIS.

Quorum & quarum Sacros Cineres Civitas hæc veneratur, cunctis præterea Divis.

Polono Sanguine erectis, & præcipuè STANISLAO KOSTKA de Rostkow *è Societate JESU, Quem post tot alios, Polonos præteritîs sæculîs, virtutibus Illustres,* Nostrô hôc Annô, sæculô *post millesimum sexcentesimũ primum, Primum è Polonis DEUS præpotens variîs miraculîs, in diversîs Orbis partibûs, Sedes verò Apostolica novîs in Urbe honoribûs exornavit, deniq; Sanctis Omnibus & Cœli Civibus universîs.*

S. P. Q. C.

LOCUM HUNC

Justitiæ domicilium, paciśq; publicæ propugnaculum cum salute communi Bonisq; omnibus.

Supplex in perpetuum tuendum tradit.

ANnô à Christo nato 1611. die 25tâ Mensis Iunij, PAVLO V. Summô Pontifice: SIGISMVNDO III, Polonorũ Regnum administrante, Petrô TYLICKI Episcopô Cracov: Nicolaô *de Zebrzydowice* ZEBRZYDOWSKI Palatinô Cracoviensi, Abrahamô RONENBERG Vrbis hujus Proconsule, qui hanc ad DEVM, Divosq; supplicationem in perpetuam memoriam, suæ erga Bonum publicum bonæ voluntatis manu propriâ scriptam, in globum hunc unâ cum Sacris Reliquijs à Viris Religiosis habitis, imposuit.

§. 19nus.

De Sodalitate D. BARBARÆ V. & M. incorporata Huic Congregationi.

QVemadmodùm singulari pietate ferebantur Sodales in omnes Sanctos tàm sui Nominis, quàm Congregationis Patronos, pro quovis Mense & pro toto anno assumptos; ita & in Divam BARBARAM Patronam Agonizantium: Quapropter Sanctô studiô procurârunt, ut Sodalitas D. BARBARÆ incorporaretur Congregationi B. M. V. in Cælos assumptæ. Hanc igitur Sanctam aggregationem per

literas

literas suæ pietatis internuntias, & per vivum animi sui interpretem R.P. Albertum KWIATKOWSKI S.I. cum Privilegio Authentico (quod in archivo conservatur) obtinuerunt die 28. Novembris Annô 1671: Est autem introducta canonicè & promulgata solenniter ab Illmo & Rdissimo Dño Nicolao OBORSKI Episc: Laodic: Suffraganeo & Officiali Cracov: ac Subdelegato Celsissimi Principis Illustrissimi & Rdissimi D. Andreæ TRZEBICKI Episcopi Cracov: Ducis Severiæ, ad hunc actum deputato; Annô 1672. die 18. Aprilis incidente in Feriam 2dam Paschæ.

Iam verò hæc nova Sodalitas D. BARBARÆ V. & M. ubi sua Nomina relinquat immortalitati, curavit in hunc finem confici Album in folio, distinctum in duas partes. In prima parte illius continente Sodales virilis sexûs, sunt inscripti: atq; imprimis præivit omnibus, ut Pastor vigilantissimus suo gregi, & ut exemplarissimus Præses, ac Pater obsequentissimus suis subditis & Filijs in Christo charissimis, Celsissimus Princeps, Illustrissimus & Rdissimus, Dñus. Andreas TRZEBICKI, Episc: Cracov: Tùm sequentes suum vigilantissimum Pastorem, alij de statu Ecclesiastico, & Equestri Celsissima, Illustrissima & Perillustria videlicet de statu Ecclesiastico.

Illustrissimus & Rdissimus Dñus. Nicolaus OBORSKI Episc: Laodicen: Suffraganeus, & Officialis Gñalis Cracov. Perillustres & Admodùm RR.DD. Andreas PIENKOWSKI, Iosephus ZEBRZYDOWSKI Canonici Cracovien: S.R.M. Secretarij, Perillustris & Admodùm R.D. Ioannes KOMECKI

Canonicus Płocen: & Vladislavien. Perillustris & Rndm̃us D. Premislaus DOMIECHOWSKI Abbas Czerzycen: S. Ord. Cistercien: Illustris & A.R.D. Ioannes PVSZYNSKI Colleg: SS.OO. Crac: Canonicus. Necnon Illrm̃i & Rndm̃i DD. Albrichtus KORYCINSKI Archiepiscopus Leopolien: Thomas *de Rupniowo* VIEYSKI Episc: Chijovien: &c. &c. Ex Equestri verò Illustrissimus Dñus Stanislaus *de Skarszewo* SKARSZEWSKI Castellanus Woynicien: Illustrissimus D. Michàël PAC Palatinus Vilnen: & Generalissimus Exercituum M.D.L. Vsnatinen:, Lipnicen:, Wielunen: Capitaneus: & Mohiloven: Administrator, Illustrissimus D. Nicolaus Ioannes *de Brzeźie & Kurozwęki* LANCKORONSKI S.R.I. Comes, Capitaneus Neocorcinen: M.D. Michàël KOCIEŁŁ Succamerarius Osmianen: Illustris & M. D. Stanislaus *de Piegłow* PIEGŁOWSKI Capitaneus Vstien: M.D. Franciscus BRZECHFFA S.R.M. Cubicularius, M.D. Ioannes ROMISZOWSKI Ensiferides Lancicien: Illustris & M.M. Franciscus Theodorus DENHOFF Succamerarius Regni, Capitaneus Vrzedovien: M.D. Procopius LIPSKI Subjudex Calissien:, M.D. Theodatus Georgius *Kniaż in Łukumla* ŁVKOMSKI Pocillator Minscensis, Illustris M.D. Raphàël Casimirus MAKOWIECKI Capitaneus Trębovlien: Illustris & M.D. Albertus PRAZMOWSKI Vexillifer Curiæ Regni, Capitaneus Łomzen:, MD. Michàël CZARNECKI Ensiferides Cracovien:, Illustris MD. Nicolaus Ioannes *in Dębno* TARŁO Castellanides Premislien: Ills. M.D. Leo OGINSKI Palatinides Mśćisławien: &c.&c. ac reliqui sua dederunt Nomina.

Altera

Altera etiam pars continens Sodales fæminei ſexûs, pariter primarum dignitatum Nominibûs, & integrîs ſanctimonialium Cænobijs, variorumq; Ordinum, eſt aucta; nimirùm Sereniſsima ELEONORA Regina Poloniæ, Sereniſſ: MICHAELIS I. Regis Poloniæ Conſors, manu propria ſe inſcripſit. Celſiſsima Princeps Illuſtriſsima D. Catharina ex Sobieſcijs Duciſſa *in Nieſwierz* RADZIWIŁOWA Procancellaria & Campi Duciſſa, M.D.L. Soror germana Sereniſsimi IOANNIS III Regis Poloniæ, Illuſtriſſa D. Marianna ZAMOYSKA Suprema Regni Theſauraria, Illrm̃a D. Catharina *Von Beſſen* DENHOFFOWA Succameraria Regni, Illrm̃a D. Chriſtina *de Lubomirz* POTOCKA, Palatina Siradienſis, Illrm̃a D. Helena *de Pruſinowa* SAPIEZYNA Caſtellana Vilnen: Illrm̃a D. Conſtantia *de Charzewo* SILNICKA Caſtellana Camenecen: Illrm̃a D. Tereſsia *de Tomyſłáwice* STADNICKA Caſtellana Premislien:, Illrm̃a D. Hedvigis ZACHOROWSKA Caſtellana Vołchyniæ, Illrm̃a D. Hedvigis *de Kaliſzany* PRZERĘMBSKA Caſtellana Sandecenſis, Illuſtris & M.D. Alexandra Eleonora DĄBSKA Caſtallana Sierpen: Illuſtris & M.D. Suzanna *de Iazłowiec* SZCZAWINSKA Palatina Inovladislavien:, Illris & M.D. Salomea MORSZTYNOWA Caſtellana Radomien: Illris & M.D. Chriſtina MORSZTYNOWA Capitanea Kovalien: Illris & M.D. Roſalia SZEMBEKOWNA Capitaneis Becen: Illris & M.D. Marianna *de Czekarzowice* LANCKORONSKA Capitanea Neocorcinen: Illris & M.D. Tereſsia MAKOWIECKA Capitanea Trębovlien: Illris & M.D. Catharina *de Przytemſkie*

GRVDZINSKA Capitanea Bolimovien: M. D. *de Stronſkie* TOMICKA Enſifera Siradien: M.D. FREDROWA Enſifera Premisl. M.D. WODZICKA Theſauraria Nurenſis, M.D. Tereſsia WĄSOWICZOWA Judiciſsa Terræ Sandomirien: M.D, Sophia DĘBINSKA Succameraria Sandomirien: M.D. Marcella *Amforowiczowna* KOTŁOWA Tribuna Starodubnen: M.D.L. M.D. Barbara POCIEIOWNA Dapiferis Breſten: MD. Anna *de Niewiárowſkie* BRZECHFFINA Vexillifera Cracovien:, necnon Reverendiſsima ac Religioſiſsima V. Sophia Benedicta GEMBICKA S. Ord: Cirſtercien: Monaſterij Ołob: Abbatiſsa cum ſuo toto Religioſiſsimo cætu, compluresq; alij & aliæ (quorum & quarum ſingula Nomina & Cognomina Album Sodalitatis hujus recenſet inſcripta ad perpetuam rei memoriam) inſcribi curârunt.

§. 20mus.

Feſtivitas B. M. Virginis & D. BARBARÆ

Utraq; hæc Congregatio ſibi annexa Sanctum induxit morem, ut invitare Sodales Cracoviæ non degentes ſolita fuerit pro ſolennitate annua B. M. Virginis in Cælos Aſſumptæ & D. BARBARÆ.

LITERÆ INVITATORIÆ

Sodalium pro ſolennitate D. BARBARÆ.

VENERABILIS SODALITAS

D. BARBARÆ

PARTHENO-MARTYRIS.

LITERÆ INVITATORIÆ

Ad Domum Professam Societatis JESV Cracov: Ejusdem Virginis Nomini mancipatam.

Illustrissimis, Reverendissimis, Perillustribus, Illustribus, Omnibusq; alijs DD. Consodalibus suis in D. BARBARA fœderatissimis, Mortis & Vitæ utriusq; felicitatem.

NVnquam intermissa officij nostri exercemus studia, quibus, fœderatos Partheno-Martyri Nostræ D. BARBARÆ, Sodales, præsentibus invitatos trahamus non invitos ad exsolvendos juratæ in Nostro Cætu, pietatis census. Census inquam, quibus pretiosam Sanctorum Mortem emere, cujusvis tàm promptum, quàm proficuum erit, quicunq; annuô sumptæ Synaxeos Sacræ tributô, contracta noxarum debita redimere, & subitos constantesq; erga hanc morientium Præsidem, testari conetur, velitq; affectus. Neminem porrò, æquè erga humanissimam V. BARBARAM, atq; suis fatis ita injuriũ fore pollicemur, ut tantæ Patronæ præsidium, brevi hoc & levi impendio negligat demereri. Vtinam sese, ab ingruentium negotiorum ambagibus, ita quisq; explicare attentet, ut non nisi fœderatis Cœtus nostri vinculis, die hoc teneri amet. Vtinàm intervalla locorum, pietatis compendio contrahantur, nec remoti itineris distantiá, à cultu V. BARBARÆ quemquam separet! Si quos autem, etiam juratos in honorem Virginis hujus Sodales, sive dissita viarum locorumq; intervalla, sive molesta negotiorum turba, sive deniq; attritæ valetudinis calamitas, à nostro, sub D. BARBARA, felici agoni militante, arceant Cætu, nunquam tamen Sacra voluntatum affectuumq; conjuratio, eos absentes à Nobis esse patietur. Litabimus honori Patronæ nostræ diem 4. Decemb.

qua

quâ acerbiores hyemis rigores, non aliô, quàm conceptæ erga Divam Nostram Religionis fervore accendemus: Utinam nostrô exemplô, ad parem Vos quoq; Sodales fæderatissimi, æmulationem inflammaturi Non deerit, & è mortuis Consodalium Nostrorum (præsertim quos præsens nobis extinxit annus) cineribus sacer dies sequens; quos consuetæ pietatis, amorisq; suffragantis, incendio incalescant, seu veriùs piacularibus erepti ignibus, nostrum omnium refrigerentur suffragijs. Hæc devinctis juratisq; D. BARBARÆ, Vestrum omnium, fæderatissimi Sodales affectibus, simulq; Nos vestræ commendamus benevolentiæ. Dabamus ex Oratorio Nostro Cracoviæ 7ma Novembris, Annô post partum Virginis 1694. post erectam hic D. BARBARÆ Virg. & Mart. Congregationem 22.

Omnium in Virgine Matre ad Cælum Assumpta,
& Diva BARBARA fæderatissimi Consodales.

§. 21mus.

Patentes Congregationis D. BARBARÆ.

QVi Cracoviam non incolebant, vel indè abituri erant, ut Congregatio plenè sit certa per remissionem istarummet literarum, quod jam ad ultimum suæ vitæ terminum venerint, atq; ut pro ijsdem suffragia ferat, tenoris sequentis Patentes accipiebant.

SODA-

SODALITAS D. BARBARÆ V. M.

VNITA SODALITATI B. M. V. ASSVMPTÆ. AD DOMUM PROFESSAM SOCIETATIS JESU CRAC.

Omnibus, Mortis & Vitæ utriusq; Felicitatem.

M*Eretur id Divinissima Virgo & Martyr* BARBARA, *Vitalis Morientium Patrona; ut quos tutissimæ Ejus tutelæ, adnumeravimus, ijsdem etsi absentibus animos Nostros, sacro fœdere illigemus: ita, ut quos eádem erga Divos propensione vita junxit, eos ne dira quidem separatrix mors, haud divellat. Hôc indissolubili nexu quia conjunctissimum Nobis recognoscimus* NN. *Præsentibûs hisce attestamur. Non diffisi ad has Patentes quas illi patentissimo pectore extradimus, patentem ei ad Superos aditum Numinis beneficentiá ad D.* BARBARÆ *suffragium inclinatá, concedendum. Quod dum magnis D. Patronæ Nostræ meritis suffulti, nomine Ejusdem advovemus, etiam id Sodalitatis Nostræ Sigilló consignamus. Datum ex Oratorio Nostro. Annó Domini* NN.

Vel

VENERABILIS SODALITAS DIVÆ BARBARÆ PARTHENO-MARTYRIS,

Ad Domum Professam Societatis JESV Cracovien:
Ejusdem Virginis Nomini mancipatam
Omnibus præsentes inspecturis, vitæ utriusq; felicitatem.

Justum esse diximus, exigente id à Nobis Ipsâ Parteno-Martyre nostrâ Divâ BARBARA singulari morientium Patronâ, ut cum ijs, quos ad securam Illius tutelam admisimus, studia nostra sancto fœdere, sive in absentia eorundem, conjuncta habeamus: ita, ut eos, quos in vita idem in Sanctos affectus conjunxit, etiam in morte non separet. Eo felici devotionis nexu illigatum quia agnoscimus NN. præsentibûs testamur, & has illi Patentes promptissimè damus, haud dubij eas illi, non ad comprobandam tantum, quovis locorum ejus probitatem, propensæq; mentis, in Parthenо Martyrem nostram D. BARBARAM luculentam attestationem, verùm etiam in quovis periculorum eventu, ipsoq; fatali momento fortunatissimè valituras. Quòd dùm magnis freti Sanctæ Patronæ nostræ meritis ex animo omnibus vovemus, præsentes Sigillô Sodalitatis nostræ firmamus. Cracoviæ ad Ecclesiam S. BARBARÆ in Oratorio Nostro, Annô Dñi NN. Die N.

§. 22dus.

Suffragium pro Defunctis Sodalibus B.V.M. vel D. BARBARÆ.

OBservatum id sanctè erat, Qui ex Sodalibus utriusq; Congregationis hâc vitâ decesserint, Sodalitas, de eorũ

obitu

obitu nuntiatorias literas dimitti consueverat ad alias Congregationes sive intra sive extra Regnum existentes. Qualium literarum typô impressarum copia legitur, in Annalibus Congregationis.

LITERÆ NVNTIATORIÆ

Obitûs ex Sodalibus B. M. V.

Sodalitas Major

B. V. MARIÆ

IN CÆLOS ASSUMPTÆ,

In Cæsareo Regioq; Collegio Societatis JESU Brunæ Erecta & Confirmata.

DD. Sodalibus suis, sibiq; confœderatis Sodalitatibus, Salutẽ Marianam.

Quô die Augustissima Cæli, Terræq; Imperatrix, Assumpta ad æthereum thalamum, in quo Rex Regum stellato sedet solio, *Regnorum Cælestium universorum, aut certè dimidiæ, ejusq;* optimæ partis, *adijt possessionem: æquissimô sanè jure, à subditis suis, non vulgare clientelaris officij specimen exigere videtur,* DD. Sodales. *Enimverò quid Reginis ad augstalem thorum assumptis liceat in subjectos, undè undè invisos, aut voluntati Dominæ minùs obtemperantes, docuit, recens tùm inaugurata, Regina Esther, quæ Amano suspendium, docuit Herodias, etsi hac spe solâ modò in dimidiam Regni partem venerat, quæ vel magno Baptistæ capitis minutionem paravit & exitium.*

Luculentô cum primis documentô, quantoperè sit necessarium, hujusmodi Dominorum exambire gratiam, & humili obsequio favores demereri. *Quamquam,* Clientes Mariani *nihil est quod metuatis: non enim terrore ullo aut metu suos ad officium compellere consuevit DOMINA NOSTRA: quæ hoc unum nescit, superbè dominari, cujus Regni* pars *quam elegit optima, non est nisi* Clementia, *non est nisi* Misericordia. *Nam ut habet Doctor Christianissimus Ioannes Gerson* (Parte operum 3. Tract. 4. super Magnificat) Magnificat est ità hodiè Beata Virgo: ut Regina Cæli, imò & Mundi jure vocetur, Principatum habens dimidij Regni DEI, Regnum quippè DEI consistit in Potestate & Misericordia. *Quapropter* Potestate Domino remanente, cessit quodammodò Misericordiæ pars Christi Matri, Sponsæq; regnanti. *Hæc ille. Neq; alio jam ad obsequia Mariana opus est illicio; cùm vel ex profanis Scriptoribus Tacito, Lucano, Q. Curtio, noveritis, quantò usui sit clementia Principibus, ad subditos seu in officio retinendos, seu ad imperium perducendos.*

Adeste igitur, honoratissimi Clientes Magnæ & Clementissimæ Reginæ, *ad Octavū decimum Kalendas Septembres; & qui spopondistis vos non permissuros, ut à vestris etiam subditis quidquam contra Sanctæ Dominæ honorem agatur: non committite, quin idem vestrâ pietate, quo par est modo, augeatur. Quod quidem cumulatiùs præstiteritis, si quod potestis, suffragio vestro effeceritis, ut qui jam hinc à Nobis migrârunt, si fortè nondum admissi sunt ante thronum gratiæ, quàm primùm admittantur. Brunæ ex Oratorio nostro Mariano. Kalendis Augusti Annô salutis* 1673.

SUB RECTORATU
Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Domini
FRANCISCI CAROLI LIBSTEINSKY,
S.R.I. Comitis à Kolowrat, Domini in Reichenau, Chraustovitz & Lesch. &c. Sac: Cæs: Regiæq; Majestatis Intimi Actualis Consiliarij, Camerarij, nec non Supremi in Marchionatu Moraviæ Capitanei.

Paulus Ignatius Morgenthaller, S.Cæs. Regiæq; Majestatis Judex in Urbe Brunensi. Congregationis p.t. Secretarius

Franciscus Ferd: Comes ab Opersdorff. p. t. Præfectus.

Guilielmus Richter p.t. Vice-Secretarius.

ANNOTATIONES.

I. Pro singulis, juxta Regulam Sodalium, Sacerdotes quidem singuli dicent, cæteri verò audient semel Missam. Quilibet etiam Coronam aut Officium Defunctorum semel, octies autem Psalmum *De profundis* cum Collecta recitabit.

II. Rogantur enixè DD Sodales, si quos interdum de corpore nostro Mariano mori peregrè intelligant, ad Almam Congregationem, ut suffragia consueta rite persolvi possint, quantocyùs referre dignentur: annotatis tempore & locô obitûs, atq; etiam titulîs, ne honore debito priventur.

P. S. *Accepimus, & indiximus Sodalitati Nostræ suffragia pro Adm Rdo* P. Stanislao Wapowski, *& Illustrissimo Dno Dno* Ioanne Branicki. (L.✠S.) *Congregationis.*

Superscriptio à tergo earundem Literarum ejusmodi:

Illustrissimis, Reverendissimis Perillustribus Illustribus Religiosissimis, Admodùm RRdis, Cæterisq; Nobilissimis DD. Sodalibus, sub Titulo B.V M. nec non D.BARBARÆ Virginis, ac Martyris ad Domum Profess. Societatis JESU Cracoviæ in unum Congregatis, DDnis Confratribus Nostris in Virgine Assumpta fœderatissimis observandissimisq;.

ALMA MAJOR CONGREGATIO
BEATISSIMÆ VIRGINIS
MARIÆ
Gloriosè in Cœlos Assumptæ,
In Cæsarea, Regia, & Episcopali Universitate Societatis JESU Olomucij, erecta & Authoritate Apostolica confirmata.

Dominis, Dominis Sodalibus, & Venerabilibus confœderatis sibi Sodalitatibus à DEO & DEIPARA Vitam & Felicitatem.

Audistis DD. Sodales: *undiq́ bella premunt hostilia, plurima ob oculos Christianitatis versatur mortis imago, & tempus propè est, quo desertis hisce campis martijs, pacatiores campos subibit Elisyos* (a) Generalissima belli Catholici Bellona MARIA. *Quantam belli aleam vos perdidisse existimabitis, si Bellonam perdidistis! Mariana signa secuti estis propugnatores Mariophili;* & (b) Bellatrix egregia, (c) Vexillifera Vestra, *relictis confœderatis vobis, à bello ad pacem, à certamine ad gloriam, evocatur; tempus propè est, & cælicos audietis applausus:* Assumpta est in Cælum. *Verùm, sinite* Gloriam Ierusalem *cælestem conscendere Ierusalem, ad Augustissimum quintum decimum Augusti diem, quô tàm augusta totius divinitatis agentur Solemnia, quando* (d) Universum Trinitatis complementum *è terris in Cælos assumetur MARIA; ad Montes Iulios desiderio collium æternorum unà nobiscum applausuri festinate!*

Erit

(*a*) Ferdinand: II. (*b*) Bernar: in deprec. ad Vir- to: 2. (*c*) Bernard. Serm: 5. in Salve, (*d*) Hesychius hom: 2. de S. Maria.

Erit hic Vobis DD. Sodales (e) omnis mæroris obliteratio, & *timoris animatio MARIA, quando* (f) Civitatem DEI animatam, *in qua* Murus (g) firmus nobis ad defensionem datus; *data* (h) Turris fidelium, *è qua mille pendent Clypei, barbarorũ impetus propulsaturi; verbó, quando* (i) Castellum IESV *inexpugnabile, tum Christianis, tum Mariophilis, certum in periculo quolibet videbitis fore asylum. Suspiciemus MARIAM in Cælos gradientem,* & (k) Christianorum propugnatricem (l) summis Angelis robustiorem, *votis nostris, ut confidimus, habebimus annuentem. Huc itaq; convolate DD. Sodales, ut omnium præcordiorum affectibus,* & *votis omnibus, fiat satis, pacifici fœderis signum* (m) Iridem inter nubes resplendentem *assumptam Virginem unà nobiscum suspecturi. Quod si piorum aliqui Manes Sodalium, tenebris* & *umbra mortis à contemplanda pacifica Iride ista arceantur adhuc,* (n) MARIA Dioptra perspectiva est, per quam qui in tristi peccatorum umbra sedent, respicientes Justitiæ Solem mirabiliter illustrantur, *ab Ea illuminari hos, qui in tenebris* & *in umbra mortis sedent, impetrate. Olomucij, ex Oratorio nostro Mariano, die Mense 12. Iulij, Annô à Partu Virginis* M.DC.LXXXIII.

Joannes Lanik, Sacri Ordinis Cisterciensis in Celeberrimo Ducali Monasterio Rudæ Professus, Sacrosanctæ Theologiæ & Sacrorum Canonum Auditor, p. t. Præfectus.

Carolus Kuba, AA. LL. & Philosophiæ Magister SS. Theologiæ & Sacrorum Canonum Auditor, p. t. Secretarius

(*e*) Damasce: Ora: 2. de Assumpt (*f*) Damascen: Ora: 1. de Nati: (*g*) Ugo Charens: (*h*) Damasce: in Hymni. (*i*) Bernard serm: 2. de Assumpt (*k*) Gregoris Mag: in Epi: (*l*) Carthus: lib. 3. de lau: Vir: art: 11. (m) Bernard: i (n) Andreas Creten. de Annunt.

Alma

Alma Congregatio Major B. V. MARIÆ Gloriosè in Cælos Assumptæ,

In Cæsarea, Regia & Episcopali Universitate Societatis JESU Olomucij erecta, & Authoritate Apostolica confirmata,

Dominis Dominis Sodalibus, & Venerabilibus Confœderatis sibi Sodalitatibus à DEO & DEIPARA Vitam & Felicitatem.

C*Edendum tempori Sodales Parthenij; frustrà adversùs communem mortalitatis nitimur torrentem, & supremo* Matris Vitæ *expirante spiritu, inquietis angustiati suspirijs procellosis animo agitati votorum fluctibus, vano resistimus conatu, confluo doloris abripiendi impetu in vallem lacrymarum. Vocate amarè collacrymantium pupillorum Cætum, novam salsigenarum aquarum* Congregationem. *vocate maria, dum omnium, undiquè confluentium, ex oculis intempestivo doloris sensu, amori nostro eripitur, è vivis, quasi aqua pariter dilapsa MARIA. Sic in putido mortalitatis mari, Cælesti enatam de rore intemeratam gemmam,* Margaretam Regni pretiosissimam, *in annulum felicis æternitatis inseri oportuit, artificè non nisi Mortis celatura? Sic electum cordis Paterni Cimelion, Pretiosa Unionis Hypostaticæ, Verbum homini nectentis Thesauraria, plenum Gratiâ Spiritûs Sancti Gazophylatium, feralem involvi voluit in Sindonem? defodi in Terram?* Terra habens omnia *terræ*

mandari?

mandari? Vita viventium *è vivis cedere?* Gratia DEI *jus naturæ persolvere?* Locus deniq; Voluptatis, *quo ineffabili conceptu comprehensus Incomprehensibilis, modicô circumscribi sustinuit Loculô, communi mortalitatis conprehendi hypogeô? Ingemiscite Domini Domini Sodales Damasceno Comites, in Mausolæo Getsemani loculum dispicientes: Hæccine quasi* Aurora consurgens, *altissimo Gratiarum confirmata meridie occasum respiciat? Electa ùt sol, Serenissimi sideris induta chlamydem, amicta lumine sicut vestimento, lucis usuram cum vita exuat? obscuræ mortis obvolvatur nocte, solem enixa, à Quo die felicissimus obtigit ortus, quem mortis inter umbras prospiciens Abraham,* vidit & gavisus est. *Verùm quousq; Vitam* Mundi *mortuos inter quæritis mortales? Attolite nimbosos gravi mærore oculos, dejectos luctu, erigite animos, queruli quærentes audite Cæli Custodias:* Quæ est ista, quæ ascendit? *Celare ambiguo responsi sensu dulcissimus non valuit Augustæ Matris animus, hæreditatis suprema ex voluntate, spe, orbatum consolans orbem:* Ego *inquit, ùt observat Ildephonsus:* Mater pulchræ Dilectionis & Timoris; *nostrum, hisce, ad gratiosam sui* agnitionem *invitans* Amorem, *& Filialem,* Sanctâ spe Timorem *confirmans. Adeste ergo* Pulchræ Dilectionis, *pulchri Amores, Dominici Timoris, heriles filij, Sodales Parthenij, pro lacrymarum, quibus mæstissimas inter mænias diffluxistis, solatiorum liquidissimis affluite gaudijs, posthumo pro singultibus respirate MARIÆ Spiritu; è valle lacrymarum ad colles æternos, ad montes enitamini, seu Amoris ex lege præsignatum in Montem* Dilectionis *Sioneum, seu veteris ex præcepti rigore*

in sancti Timoris *verticem eluctemini Montis Sinai: accedite filialibus conspicui notis*, Timore, qui expellit peccatum, *salutari Exomologesi*, Amore: *sacratissimo intensissimæ Dilectionis Sacramento, Epulo Eucharistico*, in quo Divitias Divini sui amoris erga homines effudit Christus. *Adeste ad diem decimam quintam Augusti in Monte Iulio, loci & temporis congruo omine quando Iulius leoninâ lucis, ardorisq; vehementiâ non inamabilem spirans* Timorem *Virgineæ Augusti spicæ, Amori Parthenio conjunctus clarescis. Spicam respicite, ut ea* Timore *adorandum ab hostibus, Amore complectendum à fidelibus Austriacæ Domûs domesticis manipulum respicit IOSEPH, Porphyrogenitum* Timoris & Amoris *Mariani in Regno Apostolico Coronatum Hæredem. Hujus in Myrtum Regiam, undenam prodigiosa morum & amorum Gratia, quàm à Gratiarum profluxerit plenitudine, à speciosa Pulchræ Dilectionis Matre MARIA? Gloriosus ille Victoriarum Præcursor Augustus Timor, hostili cum sanguine Iosephino in ense imbibitus, undenam, quàm à Domini Exercituum* Acie ordinata *bellantibus bella Domini in Exodo appromissus:* Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam populum, ad quem ingredieris, cunctorumq; inimicorum terga vertam. *Vt scilicet sit Ioseph, suorum* in Amore, Timoreq; *hostium* Filius accrescens. *Sed enim* Amoris *non minùs ac* Timoris *supremum perscribi à nobis votum perurgent de mortalitatis cœtu feliciter Assumptæ Consodalium animæ, Qui* Spe *quidem &* Timore *eximij, moras tamen in* agnitione *patiuntur lustralibus detenti flammis. Alias ab Amore vestro expectant: ne immemores Lethæum*

Erycinæ aut Seneti in profluentem lucis perpetuæ tesseras, Sodalitatis luminaria extinguite Amoris, *ùt notat Vincentius Chortarius*, obliviosi, *quin potiùs calentiorum uniti suffragiorum incendÿs, salutifero amoris Eucharistici magnetismo, igneam ad Cæli sphæram Eucharistiam (quemadmodum oculata in spiritu vidit Francisca Romana) piaculares evolare scintillas facite, ad felicissimum* Sanctæ Spei *centrum, ad Agnitionis Beatificæ auspicatissimum principium per Illuminatricem* Mariam Matrem Pulchræ Dilectionis & Timoris, Agnitionis & Sanctæ Spei. *Dabamus ex Oratorio nostro die* 6. *Iulÿ Annó à partu Virginis* 1688.

Reverend. Dom. Raphael Chrzanowski Ordin. S. Pauli Primi Eremitæ, in Claro Monte Częstochoviensi Professus SS. Theologiæ Auditor p. t. Præfectus.

Nobilis ac Consultissimus D. Mathias Joannes Reichel, AA. LL. & Phisophiæ Magister, J.U. Candidatus Regiæ Metropolis Olomucensis Senator p. t. Secretarius.

(L. ✠ S.) *Congregationis.*

Pro singulis, juxta Regulam Sodalium, Sacerdotes quidem singuli dicent, cæteri verò audient semel Missam; quilibet etiam Coronam, aut Officium Defunctorum semel, octies autem Psalmum De profundis; *cum Collecta recitabit.*

Rogantur etiam enixè DD. Sodales, si quos interdum de Corpore nostro Mariano mori intelligant, ad Almam Congregationem quantocyus referre dignentur, indicato loco, & die mortis: ut suffragia consueta pro ÿs rite indici, & persolvi possint.

Superscriptio à tergo earundem Literarum tenoris hujus:

Celsissimis, Excellentissimis, Illustrissimis, Reverendissimis, Perillustribus, Illustribus, Magnificis. Eximijs, Admodùm Reverendis, Generosis, Nobilibus, Amplissimis, Doctissimis, Spectatissimis, ac Ornatissimis DD. Domino Rectori, Assistentibus, Totiq; Venerabili Congregationi B.V.M. in Cælos Assumptæ in Domo Professa S. I. Cracoviæ erectæ, & confirmatæ DD. Patronis & Consodalibus Nobis in D. Virgine Colendissimis. Cracoviæ.

§. 22dus.

LITERÆ INVITATORIÆ

Pro annua Sodalitate D. BARBARÆ.

VENERABILIS SODALITAS D. BARBARÆ

PARTHENO-MARTYRIS,

In Cæsareo Convictorum Collegio Societatis JESU Viennæ DD. Consodalibus suis in Republica occupatis, à VERBO INCARNATO & D. BARBARA Salutem.

Ad quartam Decembris ex humanæ vitæ militiâ in hyberna nos evocat Dux, & Patrona nostra D. BARBARA, DD. Consodales. Non quòd funera funeribus accumulanda, aut calentes etiamnum hostium sanguine victorum dexteræ, indecoró enarvandæ sint otiô: sed ut ad charissimorum tumulos communis necessitatis memoria viventium exerceat providentiam ad

decretum

decretum singulis agonem tam piè, quàm fortiter subeundum. Instaurandæ subinde sunt belli reliquiæ; quo fine refugij turrim munivit Dux nostra, & fortium commeatu instruxit. BARBARA *quidem est; ne terreamini: paveat ejus barbariem hostis humani generis, dum suis illa clientibus assistit vindex. Virgo est; confidite: pridem enim Altissimus decrevit non tàm Latinos, quàm universos in hac lacrymarum valle mortales exules invictâ hac Camillâ tueri.* Martyr *est; accurrite, exuberans virgineo ejus collo sanguis animos vegetat in triumphos, Amate Amazonem: nam Græcâ fides est illam carere pane, quæ plenis manibus offert* PANEM *de Cœlo descendentem: ut hunc manducantes vivant in æternum. Adeste igitur, & sub communi Sodalium labaro, renovatâ annui Sacramenti devotione, pro concessis à* GREGORIO XIII. & CLEMETE *VIII. peccatorum Indulgentijs supplices, in Ducis nostræ honorem, & felicis agonis vestri instaurandum vigorem junctis pietatis officijs conspirate, ut certò semel morituri, ita semper, & æternùm victuri. Dabamus Viennæ ex Oratorio nostro in Cæsareo Convictorum Collegio Societatis* IESV, *Annô à partu Virginis* M.DC.LXXXIV. *Die* XVI. *Novembris, à glorioso Ducis nostræ Martyrio* M.CCCC.XLVI. *Ab erecta Congregatione* CXII. *ab eadem confirmata* CXI.

HIERONYMUS PRÆPOSITUS
Can. Reg. ad S. Dorotheam &c.
Congregationis Rector.

Thomas Samhaber,
p. t. Vice-Secretarius.

VENERABILIS SODALITAS D. BARBARÆ

PARTHENO-MARTYRIS,

In Cæsareo Convictorum Collegio Societatis IESV Viennæ, DD. Consodalibus suis in Republica occupatis: à Verbo Incarnato & D, BARBARA Salutem.

Sua iterùm è specula excubat Diva BARBARA, sive obtutu in hostes defixa, qui sub extremis extremam mortalibus meditantur perniciem, sive ad epulum evocatura Eucharisticum, quos ardua super terram fatigavit militia, sive publicos in ausus animatura, qui eam sub turris angustijs tyranni risisse sævitiem non ignorant. Adest scilicet iterùm è Parthenia Martyrum legione Invictissima Agonizantium Tutelaris, & ad quartam imminentis Decembris lucem Agonistis labaro suo succenturiatis Sacramenti instaurationem indicit, imò non eorũ solùm, qui aliquando suam Barbariano vexillo fidem obstrinxerunt, sed omnium Viventium, ut aliquando feliciter moriantur, obsequia in sui evocat venerationem. Est quippe Tutelaris nostræ privilegium hoc præ cæteris singulare, quòd tot ipsa Clientes numeret, quot mortales, sitq; totus penè orbis unum illius Sodalitium, qui totus unum est morientium Seminarium. Omnes siquidem descendemus aliquando in arenam, quam convulsæ tot Pontificum tiaræ, confracta tot Regum Sceptra, prostratæ tot Coronæ, tot mortalium cadavera sepulchrales in tumulos acervata funestârunt. In arenam descendemus, innumeris animarũ

rum

stragibus cruentatam, in qua semel victoriam perdidisse, est æternùm periisse. Præmuniri Devotionis armaturá debemus, si fatalẽ hunc agonem feliciter exantlare desideramus. Auxiliares suppetiæ à Cælitibus implorandæ, ut extremam cum morte luctam victoriosè depugnare valeamus. In aciem proinde Orci satellitibus formidandam congregemini, & ut contra mortis insultus fortes efficiamini, confortantem vitæ panem de BARBARÆ *penuario manducate; ut hilares in certamen descendatis, prægustatum à* BARBARA *Eucharisticum calicem exhaurite; ut furorem persequentis inimici declinetis, ad securum Barbarianæ turris Asylum confugite, ut venenata hostium tela retundatis, opponite pietatis Clypeum, glorioso Vestræ Ducis nomine insignitum, & eâ, quá par est, contentione ultimi certaminis aleam, salutisq; negotium eidem commendate. Neq; dubitate, quin id temporis, individua pugnæ Comes à latere assistet, fatigatos pane Cæli reficiet, trepidantes in fiduciam eriget, vacillantes in statione firmabit, periclitantes ex angustiis liberabit. Dabamus Viennæ Austriæ, ex Oratorio Nostro in Cæsareo Convictorum Societatis IESV Collegio die 16 Novembris. Annô à partu Virgineo M. DC. XC. ab excessu D. Virginis, & Martyris* BARBARÆ *M. CCCC. LII. ab erecta Congregatione* CXVIII. *eadem confirmata* CXVII.

PAULUS de Sorbeith AA. LL. & Philosophiæ ac saluberrimæ Medicinæ Doctor, Sacræ Cæs. Majest. in Excelso Regimine Consiliarius p. t. Congregationis Rector.

Georgius Antinger AA. LL. & Philosophiæ Magister Presbyter, p. t. Secretarius.

VENERABILIS SODALITAS D. BARBARÆ PARTHENO-MARTYRIS,

In Cæſareo Convictorum Collegio Societatis IESV Viennæ, DD. Conſodalibus ſuis in Republica occupatis, à DOMINO & D. BARBARA ſalutem.

Quod Manna *ſub velamine ſpecierum panis* abſconditum vincentibus *promittitur, illud ſub inviĉtiſſimæ Agonizantium Tutelaris BARBARÆ Patrocinio, pugnantibus Athletis manducandum proponitur. Miremini ſanè Agonothetam, qui antè ſpectatum belli exitum inſtrueret niceteria, ante conſummatos prælıandi labores martiali inſigniret adoreâ, durante adhuc pugnâ celebraret Epinicia, contendentes adhuc in agone muneraretur pugiles, ante gloriosè impoſitam militiæ coronidem milites coronaret. At mirari nolite* BARBARAM *belli graviſſimi Præſidem, agonis illius ultimi Anteſignanam, in quo cum eo hoſte certandum nobis eſt, cujus ſi ſpectetis potentiam?* Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei: *ſi iram? Apocalypticum Angelum exhortantem audite:* Væ terræ & mari, deſcendit ad vos Diabolus habens iram magnam, ſciens quia modicum tempus habet; *ſi inſidias?* inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua, inſidiatur ut rapiat pauperem, *doloſiſſimarum nimirum tentationum illecebris irretitum captivum* momento eo, unde pendet æternitas. *Mirari*

inquam

inquam nolite D. BABARAM *labaro ſuo ſuccenturiatos Agoniſtas ijſdem præmijs condecorare pugnantes, quibus vincentes;* Manna abſconditum *promiſſum,* Vincentibus, *certantibus impertire: eadem enim munera debentur adhuc in arena ſudantibus, quæ victoriam referentibus; ubi pugnare eſt vincere, certamina ſunt triumphi. Victorioſi ſcilicet ſemper ij, quibus ſub hac Imperatrice* prælia Domini præliari *contingit, cum & confecto* ex frumento electorum *ſolis vincentibus debito* fortium pane *paſcantur, ijsq; è* BARBARIANA *Turri depromptis inſtruantur armis, quorum ope poſſint omnia* tela nequiſsimi ignea extingvere, & fiant Diabolo terribiles tanquam leones ignem ſpirantes. *Adeſte proindè Sacramento militiæ huic authorati cuncti Commilitones noſtri, & quartâ Decembris fidem veſtram huic Partheno Martyri obſtrictam, quà nunquam extingvendis in eam pietatis igniculis, quà nunquam ſopiendis affectuum flammis reaccendite, quæ, ut tantò puriùs ardeant, depluis è vultu lacrymis, pænitentis animi teſſeris illimes reddite conſcientias, Confeſſionis Sacramento peccatorum ſordes abſtergite, & deniq; quia arduam contra orcum militiam profitemini, gladium arripite, ſed non alium, quàm à D. Tutelari* BARBARA, *Clientibus victoriæ certis porrectum, in gladio Gedeonis olim adumbratum, Divinitatem verbi ſub carne, carnem ſub ſpeciebus panis, quaſi gladium ſub vagina reconditum, Eucbariſticum nempe Myſterium, quô juxta S. Eligij effatum ſubjugatus eſt mundus. Viennæ ex Oratorio noſtro in Cæſareo Convictorum Collegio Societatis IESV. Anno à partu Virgineo M. DC. LXXXIX. Die* 16. *Novembris; ab exceſſu D. Virginis &*

Martyris BARBARÆ M. CCCC. LI. ab erecta Congregatione CXVII. ab eadem confirmata CDXVI.

CHRISTOPHORUS, Præpositus Can: Reg: Claustro-Neoburgi &c. p.t. Congregationis RECTOR.

JOANNES WOLFFGANGUS EISELEN, SS. Theol. Baccalaureus formatus, Presbyter, p. t. Secretarius.

§. 23tius.
Pietas Sodalium in proximum & exemplar patientiæ.

POsteritati memorabile reliquit documentum patientiæ Vnus Sodalium Annorum 14. Hic ab ignoto sibi milite egressus Domô innocenter lethali vulnere saucius, cúm ad se rediret, & mortem sibi imminere adverteret, continuîs agebat precibûs, ut perditus sui homicida de carcere liber dimitteretur, subijciendo: mortem ejus, nullum commodum morituro allaturam, imò ex condonatione istius criminis, conformiùs Christo injurias ignoscenti, se ex hac vita decessurum, si verò finem suæ petitionis non obtineret, asseveravit, eò ipsô sibi mortem citiùs accelerari: Vt ergo ejus desiderijs satisfieret, pollicitum est, concatenatum interfectorem liberandum fore: Verùm moribundus non satis credens, ut ad se catenîs solutus adduceretur, petijt: quem ut vidit, elatâ voce liberum pronuntiavit, protestatusq; est, nolle se ullâ ratione necem propriam vindicare: Conversus verò ad

ereptorem

ereptorem vitæ, dixit, DEVS tibi ignoſcat, Ora pro me DEVM, & Pretioſiſsimam VIRGINEM; ſicq; ſolutum vinculîs abire juſsit. Ipſe autem munitus omnibûs Sacramentîs, ore Angelicam Salutationem repetendo, piè deceſsit Annô Chriſtî 1606. *pag:* 64.

§. 24tus.
Sancta Sodalium Conſilia.

SExagenaria Matrona SOPHIA WŁOCHOWICZOWA, Civis Cracovienſis, cùm de ſua vita periclitaretur, neq; à Medicis juvari poſſet; Conſilio M.D. ANDREÆ GĘMBICKI, Nepotis Illuſtriſsimi Cancellarij Regni, & ſvasu M.D. Andreæ ZARCINSKI, aliorumq; Conſodalium in ejus Domo commanentium, recurrit ad Valentiorem Medicum S. STANISLAVM KOSTKAM, collocando omnem in illo ſpem recuperandæ ſanitatis. Quàm primùm ergo modicam aquam roſaceam (quâ ablutum fuerat unum ex Oſsibus hujus Sancti per Patrem Congregationis ad inſtantiam eorundem Sodalium) hauſit, & ter Angelicam Salutationem dixit, derepentè infirmitas receſsit. *pag:* 131.

§. 25tus.
Pietas Sodalium in Regnum ut ſuam Patriam.

DIe 29. Iunij Sacrâ SS. Apoſtolis PETRO & PAVLO, egit humiles DEO gratias Congregatio per Te DEVM Lau-

damus in Oratorio dictum, pro capto Smolensko à Serenissimo SIGISMVNDO III. Post ejusmodi Hymnum Ambrosianum, legit Collectam in Gratiarum actionem Perillustris & Admodùm R. D. Thomas OBORSKI, Canonicus Cracoviensis, & Congregationis Sodalis. pag: 106.

§ 26tus.

Pietas Sodalium in Defunctos.

ACceptô Domini Sodales Nuntiô de obitu die 4tâ Mensis Decembris Annô 1611. Reverendi in Christo Patris Francisci ZEBRZYDOWSKI, Ordinis Sancti FRANCISCI de Observantia, Romæ (quò Studiorum causâ missus fuit) ei tanquàm uni ex Authoribus Congregationis parentari curârunt. *pag:* 144.

Simile Charitatis obsequium exhibuit unus Sodalium: cui ànte annum mortuus Parens apparuit veste attritâ & lacerâ, totus macie confectus. Vt illi suffragium ferret, si indigeret, sepulchra variorum Sanctorum & Beatorum in hac Vrbe cum devotione visitavit, recitando ad singula Litanias de DeiPara. Tùm à PatreCongregationis petijt, ut quàm primùm juvare suum parentem vellet per Missæ Sacrificiũ *pag:* 161.

§. 27mus.

Insigne humilitatis documentum datum à Perillustri R.D. THOMA OBORSKI Congregationis hujus Præfecto.

QVâ pietate in DEI Param acceptavit munus Præfecti Congregationis sibi Annô 1614. communi Sodalium voto delatum

to delatum Perillustris & Reverendissimus Dominus Thomas OBORSKI, Canonicus Cracoviensis, I. V. D. (exponendo dolorem suum, quòd cætibus Sodalium ordinariè ut optârat adesse non posset ob Divina Officia in Ecclesia Cathedrali fermè iisdem horis incidentia cum exercitiis Congregationis, semper tamen se præsentem animo ad futurum & Deo in Missa preces pro Sodalibus oblaturum promittendo, simulq; se orationi illorum commendando) simili sui animi demissione munus Suffraganei, & Officialis generalis Cracoviensis fortiter recusavit; Cùm Illustrissimus & Reverendissimus D. Petrus TYLICKI, Episcopus Cracoviensis, Vir magni in rebus agendis judicij, animum adjecisset, ut sibi Eum in Suffraganeum & Officialem deligeret in locum demortui Reverendissimi Domini Pauli DĘMBSKI. Agendo gratias pro tanta in se benevolentia, reposuit Celsissimo Præsuli, pridem apud se firmiter statuisse nullam Ecclesiasticam Dignitatem sibi oblatam acceptare velle, & ad id se emissô votô pridem obstrictum esse. Cæterùm tamen convictus rationibûs, vix tandem postulationi assensum præbuit; priùs tamen missis elèèmosynis ad singula hujus Civitatis Cænobia, commendando se orationibus, pro intelligenda Divina in hoc negotio voluntate. In die itaq; Sanctissimæ TRINITATIS dignitatem admisit, & Tertio post die Suffraganeus simulq; Officialis & in Spiritualibus Vicarius generalis, fuit declaratus per Illustrissimum Antistitem. Primum verò sui Suffraganeatûs actum exercuit die ipsô Corporis Christi. pag: 614.

§. 28vus.

§. 28vus.
Illustrium Virorum Sodalium in promovendo bono Congregationis Zelus.

ILlustris & Adm̃ R.D. Felix ZEBROWSKI, Præpositus Lescensis, unus ex primis Antecessoribus Congregationis, cùm donatos centum Vngaricos Congregationi morte præventus, Cracoviam transmittere non potuerit, & intestatus obijsset; donum verò Congregationi præparatum ad liberam Loci-Ordinarij dispositionem mansisset; Reverendissimus D. Thomas OBORSKI, I. V. D. Nominatus Episcopus Laodicensis, Suffraganeus Canonicus & Officialis Generalis Cracoviensis. Et Illustris ac Magnificus Dominus Ioannes ZEBRZYDOWSKI, Palatinides Cracoviensis, Lanckoronensis, & Sadkoviensis Capitaneus, uterq; Congregationis Sodalis, de legato ejusmodi certiores facti à Patre Congregationis, literas separatim ad Illustrissimum & Reverendissimum D. Stanislaum SIECINSKI, Episcopum Premisliensem dederunt, diligenter petendo, ut ipse tanquàm ejusmodi Congregationis quondam Sodalis, donum illud transferret. Acceptis ergo literis Lanckoronâ, ab Illustri & M. D. Ioanne ZEBRZYDOWSKI, & à Reverendissimo Domino Suffraganeo, Illustrissimus Præsul Premisliensis, quod petebatur; præstitit, quoniam in ejus Diæcesi Donator obierat. Pro quali transmisso dono aureorum centum legatorum ab Illri & Admodùm R.D. felicis recordationis Felice

ZEBRO-

ZEBROWSKI, Præposito Lescensi intestato mortuo, misit Congregatio literas gratiarum actorias Illustrissimo D. Stanislao SIECINSKI, Episcopo Premisliensi: in cujus Diœcesi Donator intestatus decessit. *pag:* 173. 176.

LITERÆ CONGREGATIONIS GRATIARVM ACTORIÆ

Illustrissimo D. STANISLAO SIECINSKI Episcopo Premisliensi pro transmisso dono aureorum centum promissorũ ab Illustri & A. R. D. FELICE ZEBROWSKI Præposito Lescensi intestato mortuo in ejus Diœcesi.

Congregatio Assumptionis Beatissimæ Virginis ad Domum Professam Societatis JESU Cracoviæ instituta, Sodali suo Veteri, Illustrissimo Domino ac Patri in Christo Reverendissimo, D. Stanislao SIECINSKI, DEI Gratia Episcopo Premisliensi, DEIPARÆ patrocinium, & omnium Sodalium prompta obsequia.

Accepimus Vngaricos centum ab Illustrissima & Reverendissima Dominatione Vestra Nobis missos, & à felicis recordationis Illri A.R.D. *Præposito Lescensi* Felice ZEBROWSKI, *primò Sodalitij Nostri Antecessore Nobis ad exornandum supellectili variâ Oratorij nostri Altare, olim promissos & præparatos, quorum Dominium cum loco nostri (ipsô donante antequàm Nobis eos traderet intestato è vivis excedente) ad Illurissimã & Reverendissimam Dominationem Vestram, ejusq́ liberam ad pias causas dispositionem devolutum fuisset, eos Nobis de jure minimè deberi certo persuasum habuimus, & expectationem nostram*

ſtram inanem factam exiſtimantes, dolebamus. Bene tamen nos ſperare jubebat Illuſtriſſimæ & Reverendiſſimæ D. V. erga Beatiſſimam Virginem devotio, & erga Sodalitium hoc Noſtrũ (Cujus membrum fuerat & eſt) ſingularis affectus, ob quæ auſi fuimus eam hac de re interpellare, & Noſtris petitionibus moleſti eſſe, reſpondit ſpei & expectationi omnium Noſtrum Illuſtriſſimæ & Reverendiſſimæ D. Veſtræ cultum Patronæ Noſtræ exornandi zelus, & in Cætum Noſtrum amor, reſpondit innatæ generoſi animi ſui Magnitudini affectus ipſe; piæ liberalitatis inſigne argumentum. Convertimus eos ſecundùm mentem olim promittentis in ſupellectilem Altaris argenteam, ut ea ſit tàm Zebrzydovianæ *in DeiParam pietatis, quàm Illuſtriſſimæ & Reverendiſſimæ Dnis Veſtræ in Congregationem hanc Noſtram (tanquam veteris Sodalis) benevolentiæ perpetuum monumentum. Quare non minùs felicis recordationis Illuſtr: A. R. D. Præpoſito Leſcenſi primo Noſtri Cætus hujus Authori donum hoc Nobis præparanti; quàm Illuſtriſſimæ D. Vræ Cætûs Noſtri Sodali, illud ipſum (tanquam ſuæ liberæ diſpoſitioni ſubjectũ) Nobis danti. Nos obligatos eſſe agnoſcentes, gratias ingentes Illuſtriſſimæ & Reverendiſſimæ Dominationi Veſtræ referimus, Divinam exorantes & deprecantes Clementiam; ut Ipſa per Interceſſiones & Merita Patronæ Congregationis Noſtræ, Felici mortalitate ſpoliato, immortalem felicitatem largiatur, & Illuſtriſſimam ac Reverendiſſimam Dominationem Veſtram, Eccleſiæ ſuæ utilitati, honoriq́ ſuo Divino dilatando, Patriæ ornamento,* bonorumq; omnium *conſolationi & protectioni incolumem quàm diutiſſimè ſervet. Amet Illuſtriſſimam &*

Reve-

Reverendissimam Dominationem Vestram DEVS & Patrona Nostra Clementissima, Eum suô favore continuô prosequatur. Nos hæc precantes Illustrissimæ & Reverendissimæ D. Vræ, Ei Nostra prompta obsequia deferimus. Ex Oratorio Nostro Kalendis Aprilis Anno à partu Virginis 1615.

Illustrissimæ & Reverendissimæ D. V.
ad omnia paratissimi Nomine
totius Congregationis

Thomas Oborski Nominatus Episcopus Laodicensis, Suffraganeus, Canonicus & Officialis Generalis Cracoviensis, Congregationis Præfectus.

Joannes Zamoyski Castellanides Chełmensis, Congregationis Secretarius.

§. 29nûs.

Elogium Illustri & A.R.D. FELICI ZEBROWSKI, & Illustrissimo D. STANISLAO SIECINSKI, à Congregatione conscriptum.

MEMORIA IN BENEDICTIONIBUS

ÆTERNA,

PIETATIS IN DEI PARAM IMMORTALIS,

Et constantis in Congregationem Nostram benevolentiæ

ILLUSTRIS ET ADMODUM REVERENDI DOMINI,

FELICIS ZEBROWSKI,

LESCENSIS PRÆPOSITI:

PRIMI

Vna cum Illuſtribus & Magnificis D. D. ZEBRZYDOVIJS JOANNE Lanckoronenſi, & NICOLAO Sadkovienſi Capitaneis.

CONGREGATIONIS HUJUS NOSTRÆ AUTHORIS.

QUI

DILIGENS DECOREM DOMVS DEI.

ET

CONGREGATIONIS INCREMENTA MAJORA IN

DIES

ETIAM IN INSTRVMENTIS EXTERNI.

CVLTVS DIVINI VIDERE DESIDERANS.

SODALITATI HUIC NOSTRÆ

VNGARICOS CENTVM

(Seu Florenos 233. gros: 10.)

Eum ob finem liberaliter donavit.

PRO QUIBUS

ARGENTEA SVPELLEX COMPARATA

FVIT

MEMNO-

MEMNOSINON
Egregiæ Humanitatis & in DEI PARAM
Devotionis singularis
ILLUSTRISSIMI VIRI
STANISLAI SIECINSKI,
DEI GRATIA
EPISCOPI PREMISLIENSIS,
CONGREGATIONIS HUIUS SODALIS
QUI
Donum ZEBROVIANUM aureorum Centum mortuô ante ejus transmissionem intestatô Donatore, ad suam liberam dispositionem prout Loci Ordinarij ex præscripto Sacrorum Canonum devolutum, pio magno & liberali animo Sodalitati Nostræ, Cui erat præparatum remsit.
D. D.
Promoventibùs negotium hoc per literas apud eundem
ILLUSTRISSIMUM EPISCOPUM
DUOBUS ILLUSTRIBUS VIRIS SODALIBUS.
NOSTRIS.

Reverendissimô Dominô THOMA OBORSKI, Episcopô Laodicensi, Suffraganeo, Canonico, & Officiali Generali Cracoviensi.
Et Magnificô D. JOANNE *de Zebrzydowice* ZEBRZYDOWSKI, Palatinidâ Cracoviensi, Lanckoronensi & Sadkoviensi Capitaneô.

§. 30mus.

Obitus & pietas Illustris & Admodum Reverendi D. FELICIS ZEBROWSKI.

OB insignes animi dotes & pietatem, ad moderandas Filij & Nepotis sui Indoles adscitus fuit ab Illustrissimo Cracoviensi Palatino Nicolao ZEBRZYDOWSKI, Illustris & Admodùm R. D. Felix ZEBROWSKI, Præpositus Lescensis, Doctor Vilnensis & Cracoviensis Academiæ, in Theologicis, Philosophicis, & Mathematicis Scientijs Vir eruditissimus. Opposuit se strenuò varijs Librîs Polonico idiomate impressis? cuidam Hæretico Mathematico *Latos* dicto, impugnante novam correctionem Calendarij per GREGORIUM Summum Pontificem XIII. promulgatum, ut ab Episcopo Cracoviensi publicè excommunicari debuerit. Adscriptus Sodalitati præter Illustrissimum Palatinum & illorum quorum Moderator fuit, plures alios, Dignitate & Magni Nominis familiâ claros commovit ad suscipiendum novum Cætum pro Cultu Dei-Paræ in hac Vrbe per Patres *Socie*

tatis

tatis IESV, instituendum; & simul Romam cum Illustrissimo Palatino pro Confirmatione Novæ Congregationis scripsit. Ex Gallia, Hispania, Italia, (ubi singula Oratoria Sodalitatis cum Patentibus Literis visitare non intermittebat) in Poloniam eâ pietate, morum gravitate & devotione in DEI PARAM, quâ progressus est, reversus, suam Illustrissimo Palatino Cracov: obtulit operam, fecitq; ei dimensionem spatiorum Sacellorumq; erigendorum in loco Calvaria dicto, celeberimo per totum Regnum, in memoriam Mysteriorum PassionisChristi, D. & Vitæ Beatissimæ Virginis. Tandem dùm boni Pastoris Officio quâ doctrinâ in Concionibus, quâ exemplo optimo fungeretur, multaq; pro DEI gloria inter Schismaticos (ubi Præpositus factus) egisset: morbô correptus Sanctè & piè obijt. Annô Domini 1613. Priùs tamen notabiles elèëmosynas & huic Nostræ Congregationi (de cujus bono usq; ad mortem mirum in modum sollicitus erat) erogavit. *pag.* 16.

§. 31mus.

ILLUSTRE FATUM
Illustris Admodùm Reverendi D. Stanislai GROCHOWSKI, Custodis Krusvicensis: SODALIS.

ILlustris A.R.D. Stanislaus GROCHOWSKI, Custos Krusvicensis, Prælatus ferè Septuagenarius; Pòëta sui temporis celeberrimus, qui plurima patriô sermone tàm Sacra quàm

quàm profana panxit carmina, præcipuè quatuor Libros de imitatione Christi, ex Latinis Polonicos, carmine confecit: Cùm proximus morti esset, tùm à Patre Congregationis sæpius ad se convocatò, tùm ab alijs Viris Religiosis, qui interdùm illum invisebant, petebat aliqua sibi piè suggeri, & in scripto illa relinqui ne de mente exciderent; proferendo frequenter hæc verba. *O si mihi priores redirent anni quàm aliter eos in Dei obsequio expenderem, quàm feci, quam diligenter totum me in posterum si vixero, mancipandi* DEO *est animus.* Quendam ex insignitis Sacerdotali charactere graviter reprehendit, quòd causâ recreandi aliquam fabulam retulerit: asserendo; nil se non serium & Spirituale diebûs illîs ante mortem audire velle: Interim sæpiùs, ista repetendo. *Veni Domine & noli tardare*, implorando B.M.V. Patrocinium (de qua Hymnum Ecclesiasticum patriô sermone se vertisse multum gaudebat) his verbis MARIA *sis mihi propitia*: Peculij sui hæredes pauperes, & loca Sacra præcipuè Templum DEI PARÆ in arenis instituit; ubi & Sepulturam sui elegit in Sacello, Imagine ejusdem DEI PARÆ celebri, obijt die Mensis Ianuarij 30. horâ noctis 4tâ. Annô Domini 1612. *pag:* 118.

§. 32dus.

Mors felix & exemplaris nonnullorum EX SODALIBUS.

M. D. Ioannes STĘSICKI, Annorum 22. Sodalis Congregationis, in tumultu quodam contra Hæreticos excitato,

citato, lethaliter vulneratus, ſpeciali tamen DEI PARÆ, ſuorumq; Divorum Tutelarium auxiliô, contra omnium Medicorum Sententiam ſupervixit ad dies decem. Tandèm omnibûs munitus Sacramentîs, Sacrâq; Euchariſtiâ aliquoties ſumptâ, Beatiſsimam DEI Matrem S. Ignatium, S. Stanislaum Koſtkam, & alios ſuos Sanctos Patronos invocando, & illud S. Auguſtini ſæpiùs repetendo. *Hic ure, hic ſeca, ut in æternum parcas*, atq; ex corde ſe ignoſcere ſuo occiſiori proteſtatus, ſpei plenus, obdormivit in Domino. Annô Chriſti 1611. Sepultus in Templo Sanctiſsimæ TRINITATIS, in ejus exequijs dixit funebrem, Concionem R. P. Fabianus celebris in Ordine Prædicatorum Concionator. pag: 104.

Alter Sodalium Præfectô Congregationis M. D. Iacobô Maximilianô FREDRO, G.D. Stephanus MOKRSKI, Minor Polonus, exemplô Sancti Hieronymi, prælucebat frequenti Templorum Viſitatione, genibûs nudîs, humi defixîs ante quietem in Oratione & aliarum virtutum exemplis. Frequenter ad loca Sacra Calvariæ in ſummo ſolis æſtu peregrinabatur: Indè in graviſsimum morbum incidit, in eo munitus Sacramentîs, ſe nihil timere mortem dixit. Tùm converſus ad DEVM ajt; *Paratum cor meum. Fiat voluntas Tua.* Vltimò DeiParam, Cæteroſq; ſuos Advocatos voce deficiente inclamando, finitis Litanijs quæ de Eadem Deipara, Illô *animam agente recitabantur*, placidiſsimè quievit Die 15. Menſis Septembris Annô 1611. ſepultus in Templo S. Franciſci habente ibidem funebrem Concionem Patre Congregationis. *pag.* 110.

§. 33tius

§. 33tius.

Gratiæ & Beneficia à DEO facta Sodalibus.

ILlustris & Nicolaus OPACKI hujus Congregationis Sodalis, post præmissa quædam pietatis exercitia, ad impetrandum lumen circa electionem statûs suæ vitæ; adeò illustratus fuit à DEO circa hanc rem, ut non solùm à Parentibus, sed neq; authoritate Legati Apostolici, constantia ejus probata aliter mutari poterat. *pag*: 82.

Alter Illustris Ioannes DĄBSKI major Polonus, per Officium de Spiritu Sancto à se recitatum integrô Annô & de S. Cruce singulîs feriîs 6tîs, clarè Divinam de se voluntatem perspexit, qualem ulterioribûs annîs vitam esset tracturus. Plura alia *pag*. 159. sub Annô 1613.

§. 34tus.

Patrocinium DEIPARÆ & Clementia singularis in Sodales.

CVidam Sodalium post vespertinas preces & Completorium de DeiPara recitatas, nocte circa auroram, obtulit se ei species DeiParæ Augustissimæ, unâ manu sertum viride gestantis, alterâ illius manum apprehendentis, & ducentis eum ad montem quendam amænum, simulq; audijt verba ad se, Maternum affectum indicantia: *Ave venias Fili*. Tùm sensit sertum illud capiti suo esse impositum. Evigilans illicò se totum interiùs mutatum persensit, & magnâ consolatione perfusum. *pag*. 102.

Alter

Alter Sodalium intentus libris, globô plumbeô ab explosione bombardæ petitus, singulari tamen DEI providentiâ, & DeiParæ auxiliô ab improvisa morte liber evasit, tunc demissiùs inclinatô capite librum legendo, evitavit ictum globi, qui verticem capitis transvolavit & pilos ejus adussit. *pag.* 110.

Tertius protegente DeiParâ manus adversarij evasit, quamvis sclopus quinquies contra illum succensus erat, ignē tamen in cannali seu fistula concipere non potuit. Nullô etenim die Litanias de DeiPara omisit recitare &c. *pag.* 113.

Quartus annorum 19. in egressu Templi, & pluries de die invocabat Patrocinium DeiParæ per recitationem Antiphonæ: *Sub Tuum præsidium confugimus.* Quadam nocte in somnis se vidit quasi mortuum, & ad locum tenebrosum deductum, à Dæmonibus catenâ ferreâ ad columnam alligatū mox dilacerandum; sed cùm in voces has proruperit: *MARIA Mater Gratiæ, Mater Misericordiæ Tu nos ab hoste protege*, catena illa ferrea disrupta fuit. *pag.* 148.

Quintus quinq; Psalmos ad memoriam quinq; literarum quibûs Nomen MARIÆ constat, Coronam vel Rosarium adjungendo ijsdem precibus, recitare solitus fuerat. Vnâ noctium cùm se DeiParæ & Divo suo Agnomini & Angelo Custodi ante quietem commendaret, circa aurorā vidit se tractum per manum dextram à Dæmone, contra illum elatâ voce cæpit illa verba dicere: *Ecce Crucem Dñi fugite partes adversæ*: Quibûs aliquantùm perterritus videbatur Dæmon. Sed cùm denuò luctari cum eo vide-

retur, Crucis signô eftormatô; Psalmum: *Exsurgat DEVS & dissipentur inimici ejus* recitavit. Expergefactus invenit se & brachiô, & parte illâ dextrâ corporis è lecto extractum, & dolorem non aliter acsi manu humanâ apprehensus, & constrictus graviter fuisset, sensit. *pag.* 149.

Sextus magnum erga se clementiæ argumentum à Dei-Para retulit, in Cujus cultu magis indies se exercebat venerando Illam variîs Devotionis actibûs, mortificationibûs & jejuniîs diebûs Sabbathi. Vnâ vice per quietem obtulit se ei Species DeiParæ benignè illum ad se vocantis, magna benevolentiæ affectûsq; Materni signa, confirmantisq; eum in pijs actionibus & ad perseverantiam in benè ceptis addentis animum. Evigilans non vanum cognovit somnum, magnâ enim lætitiâ perfusum se invenit, & novo fervore ad cultum DeiParæ donatum sensit. Tùm deindè quoties visionis illius coram Confessario ex causa justa, mentionem faciebat, mirâ quâdam animi voluptate & in DeiParam pietate perfundi videbatur. *pag.* 157. plura *pag*, 113. 142.

§. 35tus.

Patrocinium SS. Patronorum erga Sodales.

TErtiò relapsus in morbum M. D. Lucas LINOWSKI cùm ultra hebdomadam decumberet, & nec cibum nec somnum capere posset, afflictus molestissimâ sibi ægritudine, votum fecit ad S. STANISLAVM KOSTKA die 15. Augusti, simulq; Sacram Communionem sumpsit. A Communione vix mediâ horâ elapsâ, cibum expetijt, tandem obdormivit.

Evigilans

Evigilans alius eſse quàm ante videbatur. Tertio die planè ſanus è lecto ſurrexit. *pag.* 109.

Alter Sodalium isq; Sacerdos & Pœnitentiarius in Ecclesia Cathedrali Cracovienſi Admodùm R.D. Ioannes SOKOŁOWSKI *de Zakroczyn*, per duas hebdomadas extremè infirmus, ut Domui ſuæ tàm in Spiritualibus quàm corporalibus diſponeret: emiſit votum faciendi Sacrum ad Reliquias vel Imaginem S. STANISLAI KOSTKA in Templo S. BARBARÆ Domûs Profeſsæ Societatis JESU; atq; jejunandi diem ſuæ extremæ infirmitatis in pane & cereviſia usq; ad mortem. Præterea in memoriam obtenti beneficij tabellam argenteam appendere ad eandem Imaginem appromiſit. Ex quo tale emiſit votum, mox ſenſit alleviari infirmitatem, cæpitq; vires recolligere, & ſurgens de lecto integras horas Canonicas & alias orationes recitavit. Actum id die 25. Maj Sabbathô in Vigilia Pentecoſtes horâ octavâ antemeridianâ. Iam verò votum in Templo ſupranominato implevit die tertiâ Menſis Iunij Annô 1613. *pag* 158.

Illuſtris & M. D. Hieronymus SZEMBEK Sodalis Congregationis hujus, ſingulare patrocinium S. LUDOVICI Gonzagæ eſt expertus in negotio gravis momenti, circa quod ſuſpensâ contractûs concluſiione (licet res ſe ad optatum finem feliciter inclinabat,) Varſaviam ad Comitia generalia Regni, nomine Illuſtriſsimi Dñi Ioannis Caroli CHOTKIEWICZ, Generalis Exercitûs Magni Ducatûs Lithuaniæ Præfecti, abire omninò debuerat. Intereà una ex Perſonis cum quibus contractus concludi debebat, & ſine qua negotium

agitari cum ſumma difficultate potuiſset, in graviſsimum morbum incidit, & in horas à Medicis deſtituta mortem expectando; viribûs deficiebat. Vnus ex Conſanguineis M. D. Hieronymi SZEMBEK optimè perſpiciens quantum in ſuis Bonis detrimentum pateretur morte Perſonæ ejusmodi concluſionem contractûs impediente, in Vigilia Natalis Domini Annô 1611. fecit votum nomine ejusdem M. D. Hieronymi SZEMBEK ad honorem B. LVDOVICI Gonzagæ, ut ſi illa Perſona, contra judicia Medicorum tàm diù vixiſset, quousq; ille Varſaviâ redux, dictum tanti momenti contractum concluſiſset; eum, Imaginem B. GONZAGÆ in loco publico ad excitandam erga illum devotionem poſiturum. Mirum dictu, Perſona in horas moritura judiciô Medicorum, ad dies tredecim ſupervixit, quousq; ille Varſaviâ veniens, & perſonam illam viribus deſtitutam inveniens contractum feliciter concluſit Annô 1612. Die 2dâ Menſis Ianuarij, votum pro ſe emiſsum ratum habendo perſolvit, & locum publicum in quo Sancti Imaginem venerationi exponeret, Oratorium Congregationis elegit. Ejusmodi verò Imaginem ex Romano exemplari depingi diligenter fecit cum inſcriptione hac: *S.H.* ex voto, Id eſt SZEMBEK Hieronymus Sodalitati donavit.

PARS

PARS SECUNDA Actorum Congregationis Nobilium Cracoviensis,

SUB TITULO ASSUMPTIONIS IN CÆLUM GLORIOSÆ B.M. VIRGINIS

Ab Anno 1728. *Ad Annum* 1743.

§. Imus.

ACTA SODALIUM ASSUMPTÆ IN CÆLUM B. M. V.

Ab Annô 1728.

AB Anno 1603. circiter ad Annum à Virginis partu 1682. quamvis vel ob pestes vel calamitates temporum & bellorum, aliquantùm interrupta. Semper tamen feliciter instaurata fuit Congregatio Cracoviensis Nobilium sub titulo Assumptionis B. M. V, & licet vacavit per Annos circiter quinq; ob pestilentiam, tamen denuò sub Illustrissimo & Reverendissimo Dño Andreâ TRZEBICKI Episcopo Cracoviensi, Duce Severiæ: Sodali quondam hujus Congregationis & ejusdem Præfecto pro anno 1667,, innovata pietas & devotio fuit eodem annô 1667. solùmmodò ab anno 1682. ad annum 1728. decrescebat numerus Sodalium tùm ob non residentiam Regum, Principum, & Dynastarum Regni in hac

Vrbe, tùm ob calamitatem & cruenta prælia hîs temporibûs, tùm ob grassationem pestis in hac Civitate: Cæterùm tamen post sopitam temporum inclementiam, denuò congregati Sodales sua in Oratorio exercitia agebant, tantùm ab anno 1728. ob paucitatem Sodalium electio Officialium juxta morem Sodalitatis desiit fieri, sed iterùm instaurationem antiquæ praxis & suorum exercitiorum in cultu DeiParæ assumpsit Congregatio ejusmodi, Annö Christi 1739. quando perspectîs magnîs Serenissimorum, Eminentissimorum, Celsissimorum, Illustrissimorum, Perillustrium, Reverendissimorum, Illustrium & Magnificorum Virorum Nominibûs, Albo Congregationis inscriptîs: novam electionē Annô dictô 1739. 5tâ die Mensis Aprilis, Dominicâ in Albis; immediatè ante Festum Annuntiationis B. M. V, præsentes nunc Illustres MM. DD. Sodales, Jure & Christianîs moribûs clarissimi instituerunt, atq; ad pristina eam reduxerunt officia: Priùs tamen auditô Missæ sacrificiô, & præmissâ invocatione S. Spiritûs per *Veni Creator*, singuli renovârunt per formulam Sodalitatis, sui dedicationem cultui DeiParæ, & sua nomina, licet jam nonnullorum olim inscripta fuêre, Albo Congregationis mandârunt, in qua electione unanimi omnium votô constitutus Congregationis Præfectus Magnificus Dñus Albertus RONOWSKI Subdelegatus Castri Cracovien.

In eâdem Sessione actum est: ne denuò tàm antiqua & privilegiata Illustribûs summæ Authoritatis Virorum Nominibûs augmentata Congregatio aliquem lapsum patiatur, ut adminimùm 4. complendo chorum, adsint secundùm Al-

phabetum

phabetum minoribûs Festîs pro recitando Officio de DEIPARA, siquidem singuli, singulîs Festîs ob sua legitima negotia adesse nequeunt.

Eodem Annô 1739. die 25. Mensis Novembris, quô celebratur Festivitas S. CATHARINÆ V. M. actû est in sessione secundâ, ut pro Festivitate Divæ BARBARÆ V. M. Patronæ Agonizantium (cujus Confraternitas est annexa Congregationi B. M. V. in Cælum Assumptæ) institueretur ex Sodalibus Processio cum facibus more suorum Antecessorum, atq; ut hæc Sancta praxis etiam nunc servetur, quoniam à suis Antenatis sanctè observata fuit. Pro documento hujus antiquæ consuetudinis, lecta est Epistola invitatoria Sodalium absentium ad ejusmodi Solennitatem & assistentiam in Processione Illustrissimi D. SKARSZEWSKI Castellani Woinicensis, olim Præfecti hujus Congregationis sub Annô 1673. Data 11. Novembris. Cujus tenor legitur in Annalibus Sodalium & est ejusmodi:

COPIA LITERARUM
Illustrissimi D. Stanislai SKARSZEWSKI
Castellani Woinicensis &c. Præfecti Congregationis.

VENERABILIS SODALITAS
D. BARBARÆ Partheno-Martyris ad Domum Professam Societatis JESU sub ejusdem titulo erecta.

Illustrissimis, Reverendissimis, Perillustribus, Illustribus, omnibusq; aliis Dominis Consodalibus suis in Diva BARBARA fœderatissimis, mortis & vitæ utriusq; felicitatem.

Reddit

Reddit hic quoq; suum diem annus, quem & sacrorum Præses Ecclesia Divinissimæ Tutelari Nostræ S. BARBARÆ Virg. & Mart. sacrum instituit, & Cætus Noster eidē Divæ consecratus facem cæteris præferens, intendit facere sacratiorem. Illucescet ille pridie Nonas Decembris, recreabitq; Sole suo omnes intentos ad se veros Aquilarum Filios magis, ut par est credere, quàm olim Phænicianos servos sol oriturus recrearet. Addamus & Nos ignes ignibus, & excitatos semel in animis Nostris erga Divinissimam Virginem pietatis igniculos, in flammas provoçemus; æternumq; foveamus Nehemitæ. Darent porrò utinam Superi, ut omnes quos idem unusq; liber Gloriosissimæ Virgini in liberos adlectos legit, & Congregationis Nostræ Oratorium Cracovien: illo saltem die in unum congregatos, simulq; orantes teneret, sed nunquid distantia quorundam agere indistans, vel vicissitudo temporum, vices has supplere, alias non poterit: Immò verò ut pietatem hanc Nostram arcticō tantùm nollemus coarctari Poló, ita inclytum Divæ BARBARÆ Nomen vel ab ipsis barbaris optaremus, ut Nomen venerandum. Quantumvis ergo præsentia quorundam nos recreare non poterit, jurata tamen voluntatum conjuratio (quæ locorum tantùm vel temporum variationi non animorum varietati subesse potest) eos absentes esse à Nobis non patiatur: Quia verò Pietati Nostræ erga Divinissimam BARBARAM hic testandæ non tantùm 4tam Decembris designamus. Sed etiam immediatè sequentē ejusdē Sanctissimæ Protectricis intuitu Consodalibus Nostris demortuis daturi (præcipuè quos currens Annus Nobis eripuit) ijsdem affectus Nostros solennibûs suffragijs testaturi

sumus,

sumus, etiam ad similia charitatis officia ac obsequia omnes absentes invitamus; aliosq; qui aut jam fortè naturæ quod suum est persolverunt, & Nos ignoramus, aut reddituri sunt idẽ, ultra quã nosse poterimus, denutiandos Sodalitati exoptamus: Commendamus & Nos omnium gratiæ ac favori. Dabamus ex Oratorio Cracoviensi die 11. Novembris Annô à partu Virgineo 1673. à Virgine & Martyre BARBARA *1634. ab erecta hic ejus Congregatione 1672 die 18. Aprilis Omnium*

Fœderatissimi in D. BARBARA *Consodales.*

Stanislaus Skarszewski Castellanus Woinicensis, Magnæ Domûs Crac: Procurator, Drochobic: Złotor: Stoklic: &c. Capitaneus, Præfectus Congregat.

Nicolaus Oborski Episcopus Laod. Suffraganeus, Scholast. Officialis & Vicarius Generalis in Spiritu: Cracov: Cancellarius Congregationis.

Raphael Casimirus Makowiecki Capitaneus Trębovliensis Secretarius Congregationis,

Expedivi præsentes Ego Pater Casimirus Szulc *Ordinis Canon: Reg: S. Spir: de Saxia ExProvincialis & Definitor Provinciæ, Procancellarius Congregationis.*

§. 2dus.

Acta Congregationis ab Anno 1739. ad Annum 1743.

QVemadmodùm in his primis; ita in aliis sequentibus Sessionibus, non solùm cultui DEI Genitricis Glorio-

ſiſsimæ (ut in Compendio Decretorum legitur) verùm & ornamento Oratorij optimè, ſanctè, & liberaliter proviſum eſt. Cæterùm illa vota in argenteis tabellis ad Aram Dominæ Vniverſorum oblata, munera, liberalitatem, & impenſas (quibus Oratorium Congregationis cum ſua Argenteria, de novo reparatum, & Ara, nec non feneſtræ ligneæ hinnicô opere, artificiosè ſunt extructa) Laudis propriæ verecundia prætermitti jubet, ne à ſe ipſis liberales in DEIPARAM nec non in Divam BARBARAM animi laudari videantur: Sed Annales Congregationis æternùm poſteritati reſervabunt, ut futurîs legat ſæculis ad ſui æmulationem, quæ nunc gloriosè acta ſunt & ſaluti animæ proficua. *p.* 191. 198. 202.

§. 3tius.

Devota mens unius ex Dominis Sodalibus.

CVm peſtis graſſaretur in vicino limitibus Polonis Regno Hungariæ, & etiam appropinquare Cracoviam fama percrebruerit; unus ex Dñis Sodalibus (qui ut nomen cum cognomine ejus lateret; petiit) ſumptu proprio voluit, ut celebraretur Miſſa in Oratorio cum Litanijs per Capellam decantatis pro avertenda peſte. Invitati igitur Domini Sodales ad hujusmodi ſupplicationes pro Dominica infra Octavam Omnium Sanctorum, quæ erat 3tia Novembris in Feſto Patrocinij B.M.V. *pag.* 203.

§. 4tus

Pius nonnullorum Sodaliúm Obitus.

ANnô 1740. circa 23. Octobris post horam 9nam vespertinam, piè obijt Excell: D. Michàël SOKOŁOWSKI, Phiæ. D. M.O.C. Apostolicus Notarius, hic dabat operam exercitio juris Spiritualis: Innocens à furibundo quodam Milite lethaliter saucius, ritè dispositus, mortem in horas expectabat; plenè se Divinæ voluntati resignando, ac suo Interfectori ex corde dimittendo: Tàm ab initio infirmitatis suæ, quàm proximus morti sæpiùs hos actus iterabat: *O MARIA sis mihi propitia: O MARIA ultima post DEUM spes mea: O DEUS Amore Tui doleo:* Cùm verò ultimis fermè doloribûs premeretur; ajebat: *Amore Tui DEUS, voluntas Tua fiat*

Annô 1742. die 10. Decembris circa horam 1mam meridianam obijt G. D. Albertus DOMASŁAWSKI Secretarius S.R.M, Subdelegatus Juratus Castri Neocor: ætatis suæ 63. munitus omnibûs Sacramentis. Singularis pro Gloria DEI Genitricis gloriosissimæ, necnon pro cultu Patronæ Agonizantiũ D. BARBARÆ Zelator, & zelosissimus in Sessionibus Orator. Illud sæpiùs ad excitandos animos in pietate erga DeiParã pleno zeli & amoris in illam ore ajebat; *nihil se amisisse illum qui se liberalem in DeiParam ac D. BARBARAM præstat.* Huic itaq; in vim gratitudinis plura ad decorem Oratorij Congregationis contribuenti, curavit parentari Sodalitas (sumptu tamen illius, qui suum soli DEO liberale obsequium apertum esse voluit) per decantatum Defunctorum Officium cum celebratione Missarum à Varijs Religiosis ultra quàm 40.

Eodemq; Annô exuerunt se mortalitate, & pro mutabili immutabilem vitæ statum ingressi post paschalia Festa duo Sodales, G. D. Sebastianus TOBASZEWSKI, & G. D. Andreas MLECZKOWKI, uterq; Susceptans Castren: Crac. pro quibus more solito consueta exercitia pro Defunctis Sodalibus curavit absolvi Sodalitas.

§. 5tus.

COMPENDIUM DECRETORUM Congregationis Nobilium sub Titulo Gloriosæ in Cælum Assumptionis B. M. V.

1*mo*. STatutum est in Sessione, 1609. die 1ma Octobris; ut sententijs Sanctorum Patronorum quolibet Mense distribuendorum, apponeretur Vniversitas Cracoviensis; Ij qui Cancellariæ dant operam, Aulæ Serenissimi Regis, occupati negotiîs Castrensibûs & publicîs, Qui sunt inscripti Albo Congregationis. Sodales Mariani, absentes Sodales; Episcopi, Senatoresq; Regni Poloniæ; commendando nempè illos Sanctis Patronis. *pag.* 79.

2*do*. In Sessione 1610. 8vâ Septembris, decrevit Congregatio, ut in distributione Sanctorum Patronorum & extra illam dùm aliqua pietatis exercitia tractantur, nulli Sodalium daretur alius titulus, præter Dominus. Cùm Congragatio B.M.V. sit schola humilitatis & Sodales in hac virtute imitari

tari pro posse debeant DeiParam Patronam suam Clementissimam (Exceptis tamen iis Sodalibus, qui Ordinibus sacris vel gradibus literarijs sunt insigniti, & Senatorum Filijs, qui ut hospites Congregationis Oratorium visitant) non verò ijs qui consueta Sodalitatis exercitia communiter frequentant.

3tio. Actum in Sessione 1610. die 8va Mensis Octobris, ut pro Benefactoribus Congregationis & Sodalibus, qui hâc vitâ decedunt; offerantur quindecem sacrificia Missæ à Rñdis Dñis Sodalibus insignitis Sacerdotali charactere per manus Beatissimæ MARIÆ Virginis; eaq; ut celebrentur non de Requiem sed de Ipsa DeiPara additâ collectâ pro anima Defuncti. Alij verò Sodales non Presbyteri, Litanias de eadê misericordiæ Matre per triginta continuò dies, ut offerant pro Defuncto: Præterea; hîs singulîs diebûs applicentur Indulgentiæ per Privilegia Sodalitati concessæ, animæ Defuncti per modum suffragij, cum oblatione Sacræ Communionis. In decursu verò triginta dierum semel Ecclesias B. M. Virginis in Circulo Cracoviensi, in Arenis, visitent ad memoriam dolorum & gaudiorum ejusdem DeiParæ, ibiq; Litanias recitent, semel quoq; per hos dies, obeant septem Ecclesias Sepulchris Sanctorum celebres, in singulis Psalmum *Miserere* recitando. Ejusmodi suffragia primo primùm sunt instituta pro Illri. Dña Dorothea *de Fulsteyn* ZEBRZYDOWSKA Palatina Cracov: Matre Illris & M.D. Ioannis ZEBRZYDOWSKI Capit: Lanckoron: Fundatoris Congregationis: Exemplar hujus instituti oblatum à Congregatione

per Præfectum ejusdem Illustrẽ & Mficum D. Ioannem Georgiũ LIBERBARO à Logau, & per Afsiſtentem V.D. Lucam CZERMINSKI Art. & Phil. Bacc. V.D. Ioan: FONTANNUM Art: & Phil: D. Illuſtri prædicto M. D. Capitaneo, cui adeò gratum fuit ut non ſine lacrymis egerit gratias *p.* 93.

4*to.* Annô Dñi 1611. die 1. Menſis Novembris decrevit Congregatio; ut in poſterùm ſingulîs annîs in craſtino OO. SS. Officium Defunctorum pro Sodalibus mortuis, & ſuis Benefactoribus recitetur in Oratorio: quô perſolutô Sacrũ de Requiem celebretur. *pag.* 113.

5*to.* Annô 1740. in ipſo Feſto Purificationis B.M.V. ſancitum eſt, ut ad finem Congregationis renovetur Formula Sodalitatis quovis ſolenniori Feſtô per unum ex Majoribus Officialibus in abſentia Præfecti; cæteri verò Sodales verba ab illo clariore voce prolata repetant. Tùm præter conſueta Feſti exercitia, etiam ut à prandiis veſperæ decantentur de eadem Beatiſsima: Poſt meridiem verò præſertim poſt Feſtum Titulare Congreg: ſcilicet poſt Feſtum Aſſumptionis B.M.V. & Divæ BARBARÆ, ut Officium Defunctorum cum Miſsa de Requiem celebretur.

6*to.* Eodem Annö die 6ta Iunij, Feriâ 2dâ Pentecoſtes in Seſsione publica ſtatutum eſt. 1*mo.* Vt ad maiorem cultum DEIPARÆ Patronæ noſtræ Clementiſsimæ celebretur Miſsa ad concentum Muſicorum ſeqentibûs Feſtîs. In Feſto *Purificationis, Annuntiationis, Viſitationis, Aſſumptionis, Nativitatis, Nominis, Patrociniꝫ. Immaculatæ Conceptionis* B. M.V. Necnon in Feſto S. BARBARÆ V.M. manè

&ve-

& vesperè. *2do.* M.D. Thesaurarius conducat quotannis Magistrum Capellæ pro ijsdem Festis. *3tio* Vt electio Officialium semper immutabiliter fiat quôvis annô Feriâ 3tiâ Pentecostes. *4to.* Eodem die post electionem Officialium eligendi sunt duo Commissarij, qui calculationem de expensis & perceptis excipiant à D. Thesaurario primîs diebûs Maii, vel immediatè ante futuram generalem electionem Officialium. In qua iisdem Dñi Commissarii referent de fideli dispensatione facta per Dñum Thesaurarium. *5to.* Daturi sunt rationem coram iisdem Dñis Commissariis de suo officio, etiam M. D. Secretarius, quâ diligentiâ fungebatur officio, Nùm scilicet Sessiones, statuta, inseruerit Annalibus Congregationis, Præfectus Bibliothecæ, nùm librorum Regestrum conscripserit, & utrùm annotavit si quem & Cui ex Sodalibus commodaverit, Præfectus Sacelli, nùm Inventarium argenteæ suppellectilis, & aliorum apparatuum collegerit, & si quid accessit, nùm inscripserit. *6to.* Officium Defunctorum juxta leges Sodalitatis semel quovis Mense cum Missa celebrandum est. Vltimò ob majorem reverentiam Sanctorum Patronorum quovis Mense juxta Leges Sodalitatis accipiendorum, non aliter, quàm flectendo accipiantur, ac juxta morem Congregationis à D. Præfecto Sacelli invitandi sunt M.M. Dñi Sodales de Nomine & Cognomine distinctim, qui Sanctos Patronos accepturi sunt. *7mo.* Annô 1741. in Sessione Die S. CATHARINÆ sacrô, confirmavit Congregatio, quod Annô 1739. die 5tâ Mensis Aprilis Dominicâ in Albis immediatâ ante Festum B. M. V.

Annunti-

Annuntiatæ ſtatuit, ut ſcilicet adminimùm ſaltim 4. ex Sodalibus juxta turnum adſint Minoribûs Feſtîs pro dicendo Officio de DeiPara, ne denuò aliquem lapſum patiatur tàm antiqua & privilegiata, Virîs ſummæ Authoritatis & Dignitatis augmentata Congregatio. In eadem Seſsione roboravit ſtatutum Anni 1739. die 25. Novembris (quô celebratur Feſtivitas S. CAHTARINÆ V.M.) ut pridiè Feſti D. BARBARÆ V.M. deducatur proceſsionaliter Imago Divæ BARBARÆ Clenodiîs adornata, ex Oratorio ad Eccleſiam cùm Hymnus ad *Magnificat* primîs Veſperîs decantatur in choro, reponenda in Altari ad hunc finem præparatô, Ipsô autem Feſtô poſt concluſionem Veſperarum ultimarũ & conſervationem SS. Sacramenti, eodem apparatu ut pridiè deferatur ex Eccleſia ad Oratorium.

8*vo*. Annô 1742. In Feſto Purificationis B. M. V. ſancitum eſt, ut Feſtîs Diebûs Evangelium Feſti legatur, ejusq; brevis expoſitio fiat, eò quòd non omnes utpotè diſtenti negotijs urgentibûs adeſse Concioni aliquandò poſsint.

In eadem Seſsione actum eſt, ut MM. DD. Sodales invitentur ad Seſsiones à D. Præfecto vel ejus locum tenente per ſchedulam cujus tenor eſt. *pag.* 194.

Eodem Annô in Seſsione Die 15. Auguſti habita à prandijs, ſtatutum eſt. 1*mo*. Vt præter Patronos ſolitos dari ab initio cujusvis Menſis & præter SS. Tutelares Congregationis eligatur, prout in hac Seſsione electus pro hoc præſenti Anno, S. IOACHIMVS, Pater Dominæ & Advocatæ Noſtræ. 2*do*. Vt quotannis in eodem Feſto B. MARIÆ V. Aſsumptæ

à prandijs

à prandijs fiat Sesſio in ordine ad hanc Electionem S. Patroni Annui. *3tio.* Vt in cantu horarum Officij MARIANI, Rubrum cum ſuis Antiphonis ℣℣. ℟℟. obſervetur, atq; in medio versûs ſeu ubi eſt Aſteriſcus reſpirent id eſt pauſent, *4to.* Vt cum magna reverentia ſcilicet inclinatô capite dicatur: *Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto &c.*

SYLLABUS

Sereniſſimorum, Eminentiſſimorum, Celſiſſimorum, Excellentiſſimorum, Illuſtriſſimorum, Reverendiſſimorum, Perilluſtrium, Illuſtrium, Magnificorum ac Generoſorum Dominorum Sodalium.

QUORUM

Nomina Albo Congregationis hujus ſunt inſcripta.

Quivè

CRACOVIÆ SUB HOC VEXILLO

DEIPARÆ ASSVMPTÆ

Stipendia meruêre.

Nomen Eorum vivit in Generationem

&

GENERATIONEM.

SIGISMVNDVS III. Poloniæ & Sueciæ Rex.

MICHAEL I. Poloniæ Rex.

CONSTANTIA, Poloniæ & Seciæ Regina,
ELEONORA, Poloniæ Regina.
VLADISLAVS SIGISMVNDVS, Polon: & Seciæ Princeps,

Ex Ordine Ecclesiastico

ANTONIVS Marchio SANCTACRVCIVS, Selveciæ Archiepiscopus, VRBANI VIII. in Regno Poloniæ & M.D.L. Nuntius, S. R. E. Cardinalis,

COSMAS *de Torres*, Archiepiscopus Adritiopolitanus, GREGORII XV. in Regno Poloniæ & M. D. L. Nuntius.

IOANNES Baptista LANCELLOTVS GREGORII XV. & VRBANI VIII. in Regno Poloniæ & M.D.L. Nuntius.

Comes HONORATVS Vice-Comes Mediolanen: Archiepiscopus Larissenus, VRBANI VIII. in Regno Poloniæ & M.D.L. Nuntius.

Franciscus DIOTALEVI, Eppus S. Angeli & Bisaciarum, PAVLI V. in Regno Pol. & M.D.L. Nuntius.

Ioannes WĘZYK, Archiepiscopus Gnesné; Legatus Natus, Regni Poloniæ Primas, Primusq; Princeps.

Porphyrius PALEOLOGVS, Constantinopolitanus Archiepiscopus, Primæ Iustinianæ de Ochreda totius Bulgariæ Serviæ &c. Archiepiscoporum Patriarcha.

Athanasius VENIERVS, Archiepiscopus Imbrensis, Legatus Natus, Archiepiscoporum & Episcoporum Visitator, Cracoviæ in Oratorio Congregationis hujus; Sâ Liturgiâ ritu Græcö peractâ, Nomen suum Albo Congregationis manu propriâ inscripsit.

Hieremias HVMILLIMVS, Archiepiscopus Diracensis.

Bernardus

Bernardus MACIEIOWSKI, Episcopus Cracoviensis, Dux Severiæ, postea Archiepiscopus Gnesnen: & S.R.E. Cardinalis,

Andreas TRZEBICKI, Episcopus Cracovien, Dux Severiæ

Ioannes MAŁACHOWSKI, Episcopus Crac: Dux Severiæ.

Andreas OPALINSKI Episcopus Posnaniensis, Secretarius Major Regni.

Stanislaus ŁVBIENSKI, Episcopus Płocen: Abbas Tinecensis.

Andreas LIPSKI, Episcopus Luceorien: Cancellarius Regni, tandem Episcopus Cracoviensis.

Mathias PSTROKONSKI, Episc: Premisl: Cancellarius Regni

Stanislaus WOINSKI, Episcopus Camenecensis.

Stanislaus KISZKA, Episcopus Samogitiæ.

Ioachimus MOROCHOWSKI, Episcopus Włodimirien: & Brestensis.

Nicolaus OBORSKI, Episcopus Laodicensis Suffraganeus Cracoviensis.

Ladislaus MAYTYNI, Hungarus Episcopus Syrmien:

Stanislaus STARCZEWSKI, Episcopus Lacedemoniensis, Suffraganeus, Abbas, & Canonicus Płocensis.

Ioannes *à Lipe* LIPSKI, Præpositus Cracoviensis Abbas Wachocensis, Regens Cancellariæ Regni, S.R. Mattis Cancellarius, tandem Archiepiscopus Gnesnensis.

Thomas OBORSKI, Suffraganeus, Canonicus & Officialis Generalis Cracoviensis.

Henricus FIRLEY, Scholasticus Crac: Referendarius Regni, postea Episcopus Luceoriensis.

Martinus SZYSZKOWSKI, Canonicus Crac: postea Episcopus

ſcopus Luceorien: tandem Płocen, ultimò Cracovienſis.
Stanislaus SIECINSKI Cañicus Crac: poſtea Epiſc: Premisliẽ:
Euſtachius WOŁOWICZ, Præpoſitus Trocenſis, M.D.L. Referendarius, poſtea Abbas, & Epiſcopus Vilnenſis.
Chriſtophorus TRZCINSKI Archipresbyter Infulatus Crac.
Nicolaus KISLISIVS, S. T.D. Decanus Infulatus Zamoſcen: Officialis Generalis Chełmenſis.
Lucas SOBKOWIECKI, J.U.D. ArchidiaconusLuceorienſis.
Ioannes GNINSKI, Canonicus Poſnanienſis.
Lucas LINOWSKI, Canonicus Poſnanienſis.
Petrus Conſtantinus ZŁOTNICKI, J.U.D. Cuſtos Theſauri Regni.
Alexander WIESIOŁOWSKI, Phiæ D. Canonicus Culmen: Præpoſitus Vislicienſis.
Ioannes KWASNICKI, S. Thæ. D. Archidiaconus Sandomirien: Præpoſitus Woinicenſis.
Thomas BVCKI, J.U.D. Colltæ S. Michàélis in Arce Crac: Cuſtos.
Stanislaus GROCHOWSKI, Cuſtos Kruſuicenſis.
Stanislaus STRACHOCKI, Canonicus Gudſtadienſis, Præpoſitus Xiaznicenſis S. R. Majeſtatis Secretarius.
Mathias BLOSIVS, S. Th: Doctor.
Albertus KOZVBSKI, Colltæ S. Michàélis in Arce Canonicus, Parochialis S. Stephani Crac: Præpoſitus.
VictorinusSWINIARSKI,PræpoſitusZebrzydovienſis.
IacobusCHROSTKOVIVS, Præpoſitus Małogoſtenſis,
Andreas STRZEMBOSZ Ord. Canon. Reg. Lateran: Conventûs Mſtovienſis Præpoſitus.

Lauren-

Laurentius DRYNSKI, S. Thæ. Baccalaureus.
Albertus MĘCINSKI, Soc: Jesu, Martyr in Japonia *Annô* 1642. die 18. Martij
Martinus LOCHIVS, Ord: S. Francisci de Observantia.
Nicolaus ORLEMVS, Ord: Prædicatorum.
Mathias WALISZOWSKI, Ord: Camaldulensium.
Simon IALBRZYKOWSKI, Ord. Carmelit. Discalceatorũ.
Ioannes BARANOWICZ, Ord. S. Basilij.
Andreas DOBINSKI, Ord: Cister: Mon: Claræ Tumbæ Prof.
Martinus ŁASKAWSKI, J. V.D. Præpositus & Officialis Vislicienfis Canonicus, Scarbimirien: in Niepłomice Curatus
Christohorus MĘDRECKI, in Chruszczobrod & Gołáczowy Curatus.
Franciscus ZIĘBIENSKI, Apostolicus Notarius Causarum Matrimonialiũ ad Curiã Episcopalẽ Crac: Juratus Defensor.

Ex Ordine verò Secularium.

Demetrius Georgius KORYBVTH Dux *de Zbaraz* Wisniowiecki, Castellanus Cracovien. Supremus Exercituum Dux.
Iacobus SOBIESKI, Castellanus Cracoviensis.
Stanislaus KONIECPOLSKI, Castellanus Crac: Capitaneus Wielunensis, Supremus Exercituum Dux.
Stanislaus Christophorus KORYBVTH, Dux *de Zbaraz* WISNIOWIECKI Palatinus Bełzensis.
Hieremias Michàél KORYBVTH Dux *de Wisniowiec.*
Alexander Thomas KORYBVTH Dux *de Wisniowiec.*
DOMINICVS VLADISLAVS Dux *in Ostrog & Zaslaw*, Comes *in Tarnow.*

Hieronymus Vladislaus SANGVSZKO, Dux *in Kowel.*

Constantinus, Dux *in Ostrog & Zastaw.*

Michàël Dux CZARTORYSKI, Capitaneus Krzemenecen: postea Palatinus Wołchiniæ.

Carolus Dux CZARTORYSKI Succamerarius Cracovien:

Ioannes Baptipsta OTTOMAN Machometi III. Turcarum Imperatoris Filius, Princeps Ottomanicus, Comes *de Monte Nigro* dictus.

Ioannes Clemens BRANICKI Comes *in Ruszcza*, Mareschalcus Curiæ Regni.

Gabriel Comes *in Tarnow*, Capitaneus Generalis Cracovien.

Alexander LVBOMIRSKI Comes *in Wisnicz* Capitanei Sandomiriensis Filius.

Adolphus Comes *ab Altan* Austriacus, unus ex Fundatoribus Militiæ Christianæ.

Carolus *ab Austria* Austriacus Marchio Imperij, Eques Militiæ Christianæ.

Hieronymus Comes *in Zywiec & Pieskowa Skalá* WIELOPOLSKI Capitaneus Zarnovecensis.

Nicolaus *de Zebrzydowice* ZEBRZYDOWSKI Palatinus & Generalis Cracoviensis, Sniatynen: Stęzycen: &c. Capitaneus, hujus Fundator Congregationis.

Ioannes KONIECPOLSKI Palatinus Bełzensis, Capitaneus Zarnovecensis.

Stanislaus GARWASKI Castellanus Płocensis, Capitaneus Gostinensis.

Iacobus Albrihtus SZCZAWINSKI, Castellanus Inovladislavien: Capitaneus Lancicìensis.

Ioannes

Ioannes OPALINSKI, Pincerna Regni.
Venceslaus LESZCZYNSKI, Incisor Regni.
Ioannes *de Zebrzydowice* ZEBRZYDOWSKI, Palatinides Crac: Capitaneus Lanckoronensis.
Casimirus WARSZYCKI Palatinides Cracovien.
Nicolaus *de Zebrzydowice* ZEBRZYDOWSKI, Capitaneus Szadkovien: postea Religiosus Ord: S. Francisci de Obser:
Ioannes *de Dambrowica* FIRLEY, Palatinides Cracovien.
Maximilianus *de Tęczyn* OSSOLINSKI, Palatinides Sandomiriensis, postea Thesaurarius Regni.
Christophorus *de Tęczyn* OSSOLINSKI, Palatinides Sandomirien: postea Palatinus Sandomiriensis.
Georgius TYSZKIEWICZ, Palatinides Brestensis.
Casimirus SAPIEHA, Palatinides Novogroden: Capitaneus Niemoiensis.
Stephanus *de Zakliczyn* IORDAN, Palatindes Bracławien.
Adamus *de eadem Zakliczyn* IORDAN, Palatinides Bracławię.
Sigismundus SŁVSZKA, Palatinides Trocensis.
Casimirus PAC, Palatinides Trocensis.
Ioannes CHREPTOWICZ, Palatinides Novogrodensis
Albertus KRASINSKI Palatinides Płocensis,
Hieronymus Ioannes HERBORTT, Castellanides Camenec.
Ioannes ZAMOYSKI Castellanides Chełmensis.
Stanislaus SIERAKOWSKI, Castellanides Inovladislavien.
Vladislaus SIERAKOWSKI, Castellanides Inovladislavien
Adalbertus DĄBSKI, Castellanides Becensis.
Romanus *de Zarki* KORYCINSKI, Castellanides Oświęcimę.

Stephanus

Stephanus PRZERĘMBSKI, Castellanides Sandecensis.
Stanislaus IABŁONOWSKI, Ensiferides Regni.
Stanislaus MOSALSKI, Castellanides Derpatensis.
Stanislaus *in Piegłow* PIEGŁOWSKI, Capitaneus Vstiensis.
Casimirus BRODECKI, Capitaneus Iaslensis.
Stanislaus *de Olesnice* OLESNICKI, Succamerarius Sandomirie
Michàél MORSKI, Pocillator Sochaczoviensis.
Carolus WAPOWSKI Dapifer Kijoviensis.
Albertus *à Sarbiewo* SĘKOWSKI, Dapifer Ciechanoviensis S. R. Majestatis Secretarius.
Sigismundus PORĘMBSKI, Vexillifer Zathoriensis,
Franciscus MAKOWIECKI, Capitaneides Trębovolien:
Adamus NOSZKOWSKI, Succamerarius Lublinensis.
Stephanus MARCHOCKI, Ensiferides Premisliensis.
Stanislaus ROGOZINSKI, Vice-Capitaneus Cracovien:
Ioannes SILNICKI, Dapiferides Podoliensis.
Sigismundus Carolus PRZERĘMBSKI Dapiferides Wielunē:
Stanilaus TĄGOBORSKI, Pocillatorides Novogrodensis.
Christophorus PAWŁOSKI, Castri Biecensis Notarius.
Georgius Mandvit IRZYKOWICZ, Mareschalcus Vilkomiriensis.
Romanus SIERAKOWSKI, ViceCapitaneus & Iudex Castri Cracoviensis.
Stanislaus Ioannes Cantius ŁĘTOWSKI, Subdapifer Crac: ViceCapitaneus & Iudex Biecensis.
Hilarius POŁUBINSKI, Dapifer Trębovolien:
Antonius ŁODZINSKI, Cohortis Loricatæ Illris: & M. D. Stabuli Præfecti Regni Commilito.

Ioannes

Ioannes ŁĘTOWSKI ViceCapitaneus & Iudex Ovrucensis.
Dominicus BEŁCHACKI Dapifer Czerniechoviensis.
Iosephus ZVLINSKI Subdelegatus Juratus Castri Cracov.
Franciscus MIKLASZEWSKI Subdelegatus juratus Castri Crac, & Judex Magnæ procurationis Arcis Crac:
Albertus DOMASŁAWSKI S.R.M. Secretarius, Subdelegatus Iuratus Castri Neocorcinensis.
Albertus BVRZYNSKI Subdelegatus Iuratus Castri Crac.
Albertus RONOWSKI Subdelegatus Iuratus Castri Crac.
Christophorus RVDNICKI Subdelegatus Castri Cracovien.
Sebastianus TOBASZOWSKI Susceptor Iuratus Castri Crac:
Casimirus OLEIARSKI, Michaël LATALSKI, Regens Castri Chęcinensis.
Casimirus MORAWSKI, Susceptor Iuratus Castri Crac.
Casimirus TRĘBOCKI, Vicepræfectus Congr: *A.* 1741.
Iosephus ZVCHALSKI Instigator Castri Cracov:
Stanislaus KORYTOWSKI Susceptor Castri Cracoviensis.
Andreas MYSŁOWSKI, Susceptor Castri Cracov:
Thadæus MIKLASZEWSKI, Subdelegatus Iuratus CastriCra.
Albertus MYSŁOWSKI Sâ Aplicâ Authoritate Notarius.
Antonius ZIĘBINSKI. Iacobus KRVPCZYNSKI,
Iosephus MIERZWINSKI, Subdelegatus JuratusCastri Crac.
Casimirus MORAWSKI, Susceptor Castri Crac:
Franciscus KROLICKI Sâ. Apostolicâ Authe Notarius.
Iosephus WĘGRZYNOWICZ, Sâ Aplicâ Authe Notarius.
Albertus BANACZKOWSKI S. Apostolicâ Authe Notarius.
Petrus OSSOWSKI, Rothmagister Arcis Cracoviensis.

Albertus AWEDYK Subdelegatus Iuratus Castri Biecensis.
Michàël MLECZKOWSKI, Sigismundus KASZEWICZ, Sâ. Apostolica Authoritate Notarius.
Carolus IAWORSKI, S. Apostolica Authoritate Notarius.
Franciscus MORAWSKI, Franciscus GARLICKI,
Stanislaus BEDONSKI, Iacobus GOREK,
Iosephus SROCZENSKI, Iosephus RAFALSKI,
Iosephus DOMASŁAWSKI, Benedictus EMINOWICZ,
Andreas ZAWADZKI, Thomas STOPKOWSKI,
Martinus NAPIORKOWSKI, Stanislaus WITOWSKI,
Georgius LANTOSZ, Florianus SOŁTYKIEWICZ
Antonius PIASTVSZKIEWICZ, Ioannes GOWOROWSKI,
Iosephus ZIEMNICKI, Iosephus STVDZIENSKI,
Martinus LYSZCZARSKI, Ignatius PODCZASKI,
Iosephus CHOCZEWSKI, Iosephus WAGA,
Iosephus BIGOSZEWSKI, Andreas TVCHOWSKI,

RELIQUOS

Qui eidem Militiæ Marianæ

Sua Nomina dederunt

Et sub eodem Vexillo

DEIPARÆ MILITARUNT

Singulos ut speculum repræsentat.

Album Congregationis

Siste, vide, lege.

Volumen Ejusdem

Beatus quem elegisti & assumpsisti.

PRÆFECTI

A Primitijs Ejusdem Congregationis,

Scilicet ab Anno à partu Virginis 1603.

ad Annum currentem inclusivè 1743.

Joannes KWASNICKI Philosophiæ Doctor & Pr. *A.* 1603. *7mâ Aprilis* electus & 1604. *1mâ Aprilis* confirmatus.

Felix ZEBROWSKI P. Dr. Præpositus Lescen: *A.* 1605. 6. *Iulij.*

Ioannes ZEBRZYDOWSKI Palatinides Crac: *A.* 1606. 4. *Apr.*

Hieronymus KAWECKI, *A.* 1607. *3tiâ Ianuarij.*

Machias TARCINAS Philosophiæ Dr. & Pr. *A.* 1608. *3tia Ianuarij. & A.* 1609. 7. *Aprilis* confirmatus.

Albertus MIEROVIVS Phiæ Dr. & Profr. *A.* 160. *3tiâ Aprilis.*

Stanislaus DANIECKI, Phiæ Baccalaureus *A.* 1611 3. *Maij.*

Thomas IABŁONSKI, J.U. Licentiatus *A.* 1612. 10. *Maij.*

Gregorius MALINOWSKI, Phiæ Baccalaure. *A.* 1613. 1 *Maij.*

Georgius LIBER BARO Comes à Logau *A.* 1614. 30. *Aprilis.*

Ioannes FONTANVS Phiæ Baccalaureus *A.* 1615, 5. *Iunij.*

Iacobus Maximilianus FREDRO, *A.* 1616. *1ma Septembris & 1617. 3tia Maij* confirmatus.

Albertus KOZVBSKI, S. Michaëlis in Arce Crac: Canonicus *A.* 1618 *1ma Maij.*

Thomas OBORSKI, J.U.D. Episcopus Laodicensis Suffraganeus & Officialis Generalis Cracovien: *A.* 1619, 10 *Aprilis* & 1620. 1mâ *Maij* confirmatus.

Ioannes ZAMOYSKI, Castellanides Chełmen: *A.* 1621 1. *Maij*

Lucas SOBKOWIECKI, J.U.D. Archidiaconus Luceoriensis *A.* 1622. 8vâ *Maij.*

Andreas *de Czekarzowice* TARŁO, Canonicus Cracoviensis *A.* 1623. 10 *Aprilis.*

Nicolaus TARNOWSKI, Canicus Crac: *A.* 1624, 5. *Februarij.*

Christophorus TRZCINSKI, Archipresbyter Infulatus Cracoviensis. *A.* 1625. 3tiâ *Maij.*

Simon SARNOWSKI Canonicus Crac. *A.* 1626. 13. *Maij.* & 1627. 4ta *Aprilis* confirmatus.

Constantinus ZŁOTNICKI J.U.D. Custos Thesauri Regni *A.* 1628 15tâ *Maij.*

Simon DRIOVIVS Zarecen Phiæ Dr. & Pr. Collega Minor *A.* 1629. 3tiâ *Iunij.*

Andreas ŁVKOMSKI Canonicus Crac:, *A.* 1630, 10 *Ianuarij.*

Alexander *de Zakliczyn* IORDAN, *A.* 1631, 18 *Ianuarij.* 1632. 2 *Februarij* confirmatus.

Ioannes LIPSKI, Præpositus Cracovien., Abbas Wachocensis *A.* 1633. 2. *Februarij.*

Michaël CZERNY, Capitaneus Parnavien: ViceRegens Castri Cracovien: *A.* 1634 2. *Februarij.*

Andreas MIERZEWSKI, *A.* 1635. 4 *Martij*, & 1636. 7. *Aprilis* confirmatus.

Ioannes KAMVTH, *A.* 1637. 3. *Aprilis.*

Andreas

Andreas MIEDZIBORZ *A.* 1638 7. *Aprilis.*
Martinus PIĘCZNOWSKI Abbas Bresten: *A.* 1639. *3tiá Maij* *&* 1640. 15. *Augusti* confirmatus.

Subsequentium Annorum seriem interrupit BellumSueticum ad Annum 1667.

Tum bina Pestilentia Cracoviæ, vacavitq; Congregatio Annis ijsdē

ANnô 1667. promovente negotium Admodùm R.P. Stanislaô WAPOWSKI Domûs Præpositô, sub Illrmo & Rndmo Dño Andrea TRZEBICKI Episcopo Cracoviensi, Duce Severiæ, Sodali quondam hujus Congregationis innovata iterùm pietas & devotio Mariana, Electioq; facta die 8vâ Mensis Septembris, in qua electione. Idem Illrmus & Reverendissimus Dñus Antistes supranominatus in Præfectum Congregationis electus fuit & tandem Annô sequenti 1668. *die* 15. *Augusti* confirmatus.

Annis verò sequentibus electi sunt in Præfectos.

Nicolaus OBORSKI, Episcopus Laodicensis, Suffraganeus Cracoviensis *A.* 1669. *1ma Maij.*
Ioannes Comes *in Tęczyn* OPALINSKI, Pincerna Regni *A.* 1670. 8. *Septembris.*
Iosephus ZEBRZYDOWSKI Canonicus Cracovien. *A* 1671. 7. *Augusti,* *&* 1672. 11. *Maij.* confirmatus.
Stanislaus SKARSZEWSKI Castellanus Woynicen: *A.* 1673. 2 *Aprilis* *&* 1674. *5tá Februarij* confirmatus.
Gaspar CIENSKI, Canonicus Crac. & Sandomir: *A.* 1675. 2. *Iulij* *&* 1676. 1. *Maij* confirmatus.
Ioannes CZARNECKI Ensifer & ViceCapitaneus Cracovien: *A.* 1677. 3. *Iunij.*

Andreas

Andreas PIENKOWSKI, Canonicus Cracovienſis S.R.M. Secretarius *A.* 1678. 3. *Maij.*

Stanislaus *de Piegłow* PIEGŁOWSKI, Capitaneus Vſtienſis *A.* 1679. 15. *Auguſti.*

Premislaus Prawdżicz DOMIECHOWSKI, S. Ord. Ciſterciẽ. Abbas Czericien: *A.* 1680. 21. *Ianuarij.*

Raphàél Caſimirus MAKOWIECKI, Caſtellanus Camenecẽ: Capitaneus Trębovolien: *A.* 1681. 2. *Iulij.*

Carolus OBORSKI, Canonicus Cracovien: *A.* 1682. 2. *Iulij.*

Subſequentibûs pariter vacavit Congregatio Annîs ultra 40. *videlicet ab Anno* 1682. *ad Annũ* 1728. *quô Annô electus in Præfectũ*

Martinus WROBLEWSKI, Phiæ Dr. & Pr. *die* 14 *9bris.*

Franciſcus MIKLASZEWSKI, Subdelegatus Juratus Caſtri Cracovienſis *A.* 1729. 1*mâ Novembris.*

Iterùm vacavit Congregatio Annîs circiter 9.

Deniq; Annô Dñi 1739. *Die* 5. *Aprilis.*

Poſt interrupta aliquantum Congregationis officia, iterùm non infeliciter inſtaurata eſt electio, electusq; fuit in Præfectũ

Albertus RONOWSKI, Subdelegatus Juratus Caſtri Crac. *Annô die Menſe ut ſupra.*

Hieronymus WIELOPOLSKI, Comes *in Zywiec & Pieſkowa Skálá* Capitaneus Zarnovecen: *A.* 1740 23. *Aprilis.*

Stephanus *de Zakliczyn* IORDAN Palatinides Bracławienſis. *A.* 1741 23. *Maij*, & currenti 1743. confirmatus

Adamus *de eadem Zakliczyn* IORDAN Palatinides Bracławienſis, *A.* 1742. 15. *Maij.*

BULLA

BULLA SIXTI V. PONTIFICIS MAXIMI.

Quâ conceditur facultas Præposito Generali Soc: JESU

Congregationes erigendi non solùm in Collegijs, sed & in Domibus, non solùm Scholarium, sed quorumvis Christi Fidelium.

SIXTUS EPISCOPUS Servus Servorum DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

SVpernâ dispositione, cujus inscrutabili providentiâ ordinationem suscipiunt universa, in supereminenti Apostolicæ Dignitatis specula meritîs licet imparibûs constituti; pia & salubria Christi fidelium vota, quæ ad Confraternitatum, seu Sodalitatum, præsertim in hac Vrbe Nostra ritè institutarum, laudem & gloriam cum Animarum salute tendere dignoscuntur, libenter exaudimus; ipsasq; Confraternitates seu Sodalitates condignîs titulîs extollimus, ac alias desuper disponimus

nimus, prout in Dño conſpicimus eisdem Chriſti Fidelibus ſalubriter expedire. Aliàs ſiquidem pro parte Dilecti Filij Claudij AQVAVIVÆ Præpoſiti Generalis Societatis Jesu, felicis rec: GREGORIO Papæ XIII. Prædeceſſori Nonſtro expoſito, externos ſcholares ad Collegia ejusdem Societatis in diverſis Mundi partibus inſtituta ſtudiorum causâ confluentes, pia quædam & laudablia ſcholarium Collegij prædictæ Soc: de Vrbe exercitia ferventi ſtudiô incitari: exindeq; dictis Collegijs majorem in dies propagationem accipientibus, multiplices fructus ad DEI Gloriam ac ejus Divini Numinis Cultum, & B. MARIÆ Virginis Honorem, publicam ſalutem, & animarum ſpiritualem conſolationem, provenire cæpiſſe: Idem Prædeceſsor ad laudabile eorundem ſcholarium in pijs operibus, & officijs, hujusmodi ſtudium conſervandum atq; eugendum, dicti Claudij Præpoſiti ſupplicationibus inclinatus, in Eccleſia Annuntiationis Ejusdem B. MARIÆ, ſita in corpore ædificiorum dicti Collegij Vrbis, in qua ab ejusdem Collegij ſcholaribus ſub illius Rectoris, & aliorum dictæ Societatis Religioſorum directione inſtructis, tàm piarũ & fructuoſarum exercitationum inſtitutum primordium ſuum habuerat, unam ſeu unum externorum ſcholarium dicti Collegij, ac cum eis ſimul etiam aliorum Chriſti fidelium, Societati prædictæ devotorum primariam Congregationem, ſeu primarium Sodalitium, ſub titulo ejusdem Annuntiationis B. MARIÆ per dictum Claudium tunc, vel pro tempore exiſtentem Præpoſitum Generalem & eô abſente, aut eſſe deſinente, donec novus ſuccederet, Viicarium etiam

Genera-

Generalem dictæ Societatis dirigendam seu dirigendum, sine tamen ipsius Societatis præjudicio. Apostolicâ Authoritate perpetuò erexit & instituit; pluresq; Indulgentias etiã plenarias, & peccatorum remissiones scholaribus, & Christi fidelibus prædictis concessit: ac Præposito, seu Vicario prædicto; ut in quibusvis alijs dictæ Societatis Collegijs, extra dictam Vrbem per universum Orbem tunc & pro tempore erectis & erigendis, sive eorum Ecclesijs pro dictorũ piorum operum incremento, & animarum salute, quascunq; alias, sive alia scholarium inibi bonarum literarum studio insistentium, ac simul cum eis etiam aliorum Christi fideliũ (ut præfertur) devotorũ Congregationes sive Sodalitia sub eodem titulo, in singulis scilicet Collegijs singulas seu singula quæ à primaria Congregatione, seu primario Sodalitio prædicto, tanquàm membra à capite suo dependerent, erigere atq; instituere; illasq; seu illa eidẽ Primariæ Congregationi seu primario Sodalitio aggregare illisq; sic erectis & aggregatis eorumq; Sodalibus, prædictas, & quascunq; alias Indulgentias, & peccatorum remissiones, relaxationes, gratias & facultates, ab eodem Prædecessore & Sede Apostolica ipsi primariæ Congregationi, seu primario Sodalitio eatenùs concessas, & de cætero concedendas, communicare & alia facere posset, Itidem etiam perpetuò concessit & indulsit sub certis modo & forma tunc expressis, prout in literis ipsius Prædecessoris desuper confectis, pleniùs continetur. Cùm autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dicti Claudij Præpositi petitio continebat, ex Congregationibus seu Sodalitijs hujusmodi in dies novi atq; eò majores quò plures

Sodales fructus provenire noſcantur, & in multis Collegiis præ Sodalium frequentia ac diſparitate opus fuerit non unâ tantùm ſed plures in eodem Collegio Congregationes hujusmodi inſtituere, quin etiam in eisdem Collegijs dictæ Societatis ac Domibus, alia non ſtudioſorum ſcholarium, ſed aliorum piorum Chriſti fidelium Sodalitia ſeu Congregationes paſsim inſtituantur. Vt igitur tàm ſcholares quàm cæteri Chriſti fideles eò promptiores ad hujusmodi Congregationes vel Sodalitia ingredienda reddantur, & ad piorum operum exercitia magis excitentur ac excitati manu, teneantur quo amplioribûs Cæleſtis gratiæ donîs ſe, ac eorum Congregationes ſeu Sodalitia decoratos, atq; refectos ac decorata & refecta eſſe conſpexerint pro parte dicti Claudij Præpoſiti Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs ſibi ac pro tempore exiſtenti, prædictæ Societatis Præpoſito ſeu Vicario Generali ut in quibusvis dictæ Societatis Eccleſijs ſeu in Domibus ac Collegijs tàm in Vrbe, quàm extra eam per univerſum Orbem nunc & pro tempore erectis ſeu erigendis, quasvis alias ſive ſcholarium tantùm, ſive aliorum Chriſti fidelium, ſive utrorumq; ſimul tàm ſub eodem B. MARIÆ Annuntiatæ, quàm alioquovis titulo & Invocatione Congregationes, ſeu Sodalitia, dictâ Authoritate perpetuò erigendi inſtituendi facultatem & licentiam concedere, aliasq; in præmiſsis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui dudùm inter alia voluimus, quòd literæ ſuper Indulgentijs non expedirentur adinſtar, niſi ſpecificarentur, ac animarum ſalutem noſtrìs potiſsimū

tempo-

temporibûs sincerîs desideramus affectibûs Claudium Præpositum sive Vicarium prædictum ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris & pænis, à jure vel ab homine quâvis occasione vel causâ latis, qui si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentiũ duntaxat consequẽdum, harum seriè absolventes, & absolutum fore censentes, Posterioribus supplicationibus hac in parte nobis porrectis inclinati; eidem Claudio & pro tempore existenti dictæ Societatis Præposito, seu Vicario Generali, ut in quibusvis ejusdẽ Societatis Ecclesijs seu Domibus ac Collegijs, tàm in dicta Vrbe, quàm extra eam, per universum Orbem, nunc & pro tempore erectis, seu erigendis, & instituendis quasvis alias, sive scholarium tantùm, sive aliorum Christi fidelium tantum sive utrorumq; simul, tàm sub eodẽ B. MARIÆ Annuntiatæ quàm alio quovis titulo, & invocatione, Congregationes seu Sodalitia; unum scilicet vel plura in singulis locis vel Ecclesijs pro Personarum frequentia seu qualitate, Authoritate Nostrâ, sine alicujus præjudicio, perpetuò erigere & instituere, necnon Congregationes, seu sodalitia, hujusmodi nunc & pro tempore erecta, & instituta, eidem Primariæ Congregationi, seu Primario Sodalitio, Authoritate Apostolicâ, & vigore præsentiũ Literarum, etiam perpetuò aggregare; eisq; sic erectis, institutis, & aggregatis respectivè, eorumq; Sodalibus scholaribus & non scholaribus omnes & singulas, tàm plenarias, quàm alias Indulgentias, & peccatorũ remissiones ac relaxationes; necnõ exemptiones, immunitates, cæterasq; gratias, facultates, Indulta,

dulta, & Privilegia Spiritualia & temporalia, tàm directæ Primariæ, quàm ſingulis alijs in quibusvis dictæ Societatis Collegijs vel Domibus, aggregatis, vel aggregandis ſcholarium & aliorũ Congregationibus ſeu Sodalitijs hactenùs tàm per dictũ, quàm alios quoscunq; Romanos Pontifices, Prædeceſſores Noſtros, Nosq; & Sedem Apoſtolicam, ac etiam Regiâ & Imperiali authoritate, ac tàm per viã extenſionis, quàm alias quomodolibet, & quandocunq; conceſſas & conceſsa hactenùs, in poſterùm concedenda, quibuscunq; alijs ſive ſcholarium duntaxat, ſive aliorum Chriſti fidelium tantùm, ſive utrorumq; ſimul, ac mixtim, Congregationibus ſeu Sodalitijs, in quibuslibet Collegijs, aut Domibus dictæ Societatis, hucusq; inſtitutis ac in poſterùm inſtituendis eorumq; Sodalibus, ſcholaribus, & non ſcholaribus, Authoritate Apoſtolicâ, & vigore præſentium hujusmodi etiam perpetuò communicare illasq; & illa ad easdem omnes Congregationes ſeu Sodalitia, eorumq; Sodales, etiam non ſcholares, indifferenter & æquè, principaliter extendere, ac etiam illis concedere & elargiri liberè & licitè valeat; ita quod nunc & quandocunq; in futurum ipſi Sodales ſcholares, & non ſcholares quicunq; illi ſint, faciendo & obſervando ea quæ Sodales Primariæ ac aliarum Congregationum ſeu Sodalitiorum prædictorum, pro Indulgentijs, ſeu peccatorum remiſsionibus, relaxationibus, & alijs gratijs prædictis conſequendis facere & exequi tenentur, ipſas Indulgentias, etiã plenarias, & alias hujusmodi gratias, plenariè & integrè conſequantur ac illis fruanrur & potiantur ac ſi illæ eis ſpecialiter & ab

initio concessæ fuissent, Authoritate Apostolicâ, tenore præsentium perpetuò indulgemus, dictiq; GREGORII Prædecessoris Literas, immunitates, exemptiones, facultates, Privilegia, & indulta, necnon in eis contenta, quæcunq; tàm respectu dictarum Congregationum, seu Sodalitiorum hujus modi, quàm dicti & pro tempore existentis Præpositi seu Vicarij Generalis dictæ Societatis ad prædictas Congregationes, seu Sodalitia scholarium & non scholarium etiam Christi fidelium, quorumcunq; tàm erectas quàm in posterum (ut præfertur) erigendas, instituendas & aggregandas pariter perpetuò extendimus, ita ut omnia in illis contenta, & præsentibûs literîs hujusmodi concessa indulta ac elargita, ac si specialiter de verbo ad verbum eisdem præsentibus inserta, eorumq; toti tenores expressi forent, concessa esse intelligantur. Decernentes, easdem præsentes literas sub quibuscunq; similium vel dissimilium Indulgentiarum vel aliarũ gratiarũ revocationibus suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & alijs contrarijs dispositionibus, etiam in favorẽ Basilicæ Principis Apostolorum, de dicta Vrbe seu Cruciatæ Sanctæ, aut etiam per Nos, seu alios Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac dictam sedem tàm motu propriô, etiam potestatis plenitudine, seu ad quorumvis Imperatorum, & Regum instantiam pro tempore quomodolibet factis, minimè comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè redintegratas, ac de novo concessas esse, & censeri debere: Irritumq; & inane si secùs super his à quoquam quâvis

authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibûs, ac voluntate noſtrâ prædictâ; nec nonConſtitutionibûs & Ordinationibûs Apoſtolicîs, cæterisq; contrariîs quibuscunq;. Volumus autem quodſi dictæ Congregationes aut Sodalitia vel eorum quæcunq; aliquomodò eidem Societati vel Domibus ſeu Collegijs aliquod impedimentum ſeu præjudicium pro tempore attulerint, idem Præpoſitus ſeu Vicarius illas vel illa aut eorum ſingulas & ſingula diſsolvere poſsint: Quodq; præſentium Tranſumptis, atq; impreſsis, manu Secretarij Ipſius Societatis, aut Notarij Publici ſubſcriptis & Perſonæ alicujus in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſeu ipſius Præpoſiti aut Vicarij Generalis pro tempore exiſtentis ejusdem Societatis ſigillô munitis, eadē prorsùs fides ubiq; locorū in judicio & extra illud adhibeatur quæ adhiberetur eisdem præſentibus ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginā noſtræ abſolutionis, indulti, extenſionis, Decreti, & voluntatis infringere vel ei auſu temerariô contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ ad S. Petrum Annô Incarnationis Dominicæ M.D.L.XXXVI. Nonîs Ianuarij, Pontificatûs Noſtri Annô ſecundô.

A. Brigantius. *B. Paulinus*

Pontius Scæva *A. Begerius*

Loco ✠ Plumbi. *Quibus*

QVibus omnibus & singulis premissis tanquàm ritè, rectè & legitimè factis, authoritatem & Decretum dictæ Curiæ atq; Nostram interponendam duximus & interposuimus, prout interponimus præsentium per Tenorem, in quorum omnium & singulorum fidem, præmissorumq; robur & Testimonium, præsentes Nostras exinde fieri per Notarium Nostrum publicum infrascriptum subscribi & publicari sigilliq; Rev: Cameræ Apost: quô in Talibus utimur, jussimus & fecimus impressione muniri. Datum Romæ in Palatio nostro Judiciali horâ vesperorum audientiæ Causarum consuetâ sub Anno à Nativitate D.N. JESV Christi M.D.L.XXX.VII. Indictione XV. Die verò XXVI Mensis Augusti, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & D.N.D SIXTI Divinâ providentia Papæ V. Annô III. præsentibûs ibidem Dominîs Jo. Jacobô de Fabijs & Marcô Antoniò Bruto, ejusdem Nostræ Curiæ Notariis, Testibûs ad præmissa omnia & singula vocatis, habitis specialiter, atquè rogatis.

DIPLO-

DIPLOMA

Congregationis

CLAUDIUS A QUAVIVA

SOCIETATIS JESU PRÆPOSITUS GENERALIS

UNiversis & singulis præsentes literas inspecturis, salutem in Eo, qui est vera salus. Non solùm ratio, sed usus etiã, atq; experientia semper ostendit, piorum hominum Sodalitates præsertim sub Beatissimæ Virginis MARIÆ tutela institutas, magnam habere vim ad pietatem augendam, tùm ob peculiare & certũ ipsius DEI Matris patrocinium, tùm etiam ob proprias, quæ in ijs esse solent, virtutis ac religionis exercitationes, tùm deniq; ob mutuum exemplum, quod quidem valdè efficax esse solet ad hominum animos in omnem partem facilè ac suaviter impellendos. Hanc ob causam cùm Societas Nostra omnibûs quæ suo instituto conveniunt rationibûs, proximorum salutem & perfectionem in Spirtu juvare, ac promovere cum DEI ope studeret; ne hanc quidem cujus efficaciam experta est omittendam; putavit. Quare cùm GREGORIO felic: re: Papæ XIII. expositum per Nos esset Romæ in Collegio nostræ Societatis institutam jam pridem esse Sodalitatem scholasticorum titulo Virginis Annuntiatæ, cujus deinceps exemplum seqvuta juventus, quæ in varijs Collegiorum nostrorum scholis erudiebatur, eandem formã, easdemq; pietatis exercitationes, magno suo bono arripuisset, ac

ísset, ac proindè opere pretium videri, ut quo tam pium opus quotidiè magis promoveretur, pontificiâ authoritate, non solùm confirmaretur, sed etiam spiritualibus beneficijs ornaretur, placuit eidem GREGORIO, ut erat animô ad divinum honorem omni ex parte amplificandum promptissimô, in hac quoq; re pro ipsius DEI gloria postulatis nostris annuere, idq; literis Apostolicis quarto Nonas Decembris Anni M.DL.XXXIII. datis contestari. Primùm igitur in Collegio ipso Romano Primariā Congregationē ex scholasticis nostris, sive etiam ex alijs simul fidelibus sub titulo Annuntiationis B. Virginis MARIÆ Apostolicâ Authoritate erexit, & instituit, eiq; varias Indulgeltias & Privilegia ex Ecclesiæ Thesauris liberaliter impertijt. Deindè Nobis ac Præposito vel Generali Vicario, quemcunq; pro tempore esse contigerit, potestatem concessit, ut in quibuscunq; alijs Societatis Nostræ Collegijs, alias ejusmodi Sodalitates ex ipsis scholarum discipulis, sive etiam simul ex alijs, quos ad id pietatis studiū promovisset, sub eodem titulo Annuntiationis B. Virginis sine ullo tamen collegiorum vel Ecclesiarum, quæ ad ea pertinent præjudicio erigere, easq; huic Romanæ ut Primariæ tanquàm membra capiti aggregare liceat, ita ut ijsdem gratijs, Indulgentijs, peccatorum remissionibus, ac reliquis omnibus Privilegijs fruantur, quibus ipsa Primaria. Quarum quidē Congregationum tam Primariæ, quàm earum, quæ ei annexæ, & subordinatæ sunt, idem GREGORIVS Societati nostræ curam ita commisit, ut ad Præpositum vel Vicarium Generalem spectet per seipsum, vel alium quemvis è Societate

ab eo delectum, eas visitare, & ad rectam earum administrationem quæcunq; decreta condere, & jam condita sint expendere, & approbare, quin etiam deinceps, pro rerum ac temporum conditione, ut in Domino judicaverint immutare, corrigere, & reformare. Sed & posteà ferre: SIXTVS Papa V ipsequoq; præcipuô zelô Divini cultûs augendi, & pro sua pastorali solicitudine totius gregis Dominici sibi crediti Spiritualis salutis comparandæ studiô accensus, nostris supplicationibus benignè annuens facultatem, & literas suprascriptas GREGORII Pontificis sui prædecessoris ita extendit, concessitq; & indulsit, ut similiter nos, & Præpositus seu Vicarius Generalis nostræ Societatis pro tempore existens non solùm unam, sed etiam plures Sodalitates sive scholasticorū tantùm, sive aliorum fidelium duntaxàt, sive utrorumq; simul, tàm sub B.M. Virginis Annunciatæ, quàm aliâ quâcunq; invocatione vel titulo, in singulis Societatis nostræ locis, Ecclesijs, Domibus, vel Collegijs, nec non & in Seminarijs, quæ Societatis curæ commissa sunt, auctoritate Apostolica erigere, & instituere, illasq; sic pro tempore erectas & institutas Primariæ Sodalitati, ptæ aggregare, eisdemq; Sodalitatibus sic pro tempore erectis & aggregatis, omnes & singulas plenarias, vel alias Indulgentias, & peccatorum remissiones. vel relaxationes, necnon exemptiones, immunitates, cæterasq; facultates, indulta & Privilegia spiritualia & temporalia dictæ Primariæ, aut alijs Sodalitatibus sic aggregatis, vel aggregandis, earumq; Sodalibus scholasticis vel alijs concessa, & concedenda perpetuò communicare,

illasq;

illasq; & illa ad easdem omnes Congregationes earumq; Sodales etiam non ſcholares indifferenter & æq; principaliter extendere, ac etiam illis concedere, & elargiri paſsimus, prout in diverſis literis Apoſtolicis, ejusdem SIXTI Pontificis latiùs explicatur. Quamobrem cum ſincerè nobis in Chriſto Dilecti Domini Præfectus & Aſsiſtentes Congregationis B.V. MARIÆ Aſſumptæ, quæ in Oratorio noſtræ Societatis Cracoviæ in Domo Profeſsa eſt, ſuo, & reliquorum illius Sodalium nomine, pro inſigni eorum in DEVM pietate, ac in Virginem Sacroſanctam devotione, à nobis petiêrint, tùm per ſe ipſos, tùm etiam per ſyncere nobis item Dilectos Dominos ptæ Primariæ Congregationis Romanæ Præfectum, & Aſsiſtentes, ut juxta hanc facultatem nobis à Sede Apoſtolica tributam in eodem Oratorio Cracoviæ Congregationem unam ſub titulo B. Virginis Aſsumptæ ejusdem Domus Profeſsæ erigere, eamq; ptæ Primariæ Cougregationi aggregare velimus. Nos ejusmodi pietatem non ſolùm amplectentes, ſed etiam magnopere laudantes auctoritate nobis ut ſupra diximus conceſsa, in eodem Oratorio Cracoviæ Congregationē unam in Domo Profeſsa, ſub tirulo B. Virginis Aſsumptæ erigimus, eamq; Primariæ Sodalitati Romanæ conjungimus & aggregamus, ac omnia Privilegia, Indulgentias etiam plenarias, nec non & gratias alias ptæ Primariæ, vel alijs illi, ut ſuperiùs dictum eſt aggregatis Congregationibus, hactenùs conceſsas & in poſterum concedendas, eôdem prorſus modô, quô ipſi Primariæ & alijs Congregationibus conceſsæ fuerint, communicamus

& elargimur. IN NOMINE SANCTISSIMÆ TRINITATIS, PATRIS & FILII & SPIRITVS SANCTI: cujus Divinam Majeſtatem ſupplices oramus, ut conceſsionem hanc de Cælo ratam & firmam habere velit, & Sodales ipſos Cæleſtium donorum acceſsionibus auctos. ſibi in dies magis reddat acceptos, ac deniq; etiam æternæ gloriæ compotes, ſuo & B. Virginis, cui piè & religiosè ſervierint, perpetuô dignentur aſpectu. In quorum fidem præſentes literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigillô Societatis noſtræ muniri juſsimus. Datũ Romæ Die ultimo Menſis 9bris Annô Dñi M.DCIII.

Caudius Aquaviva

Locus ✠ Sigilli pendentis.

Bernardus de Angelis Secretarius.

BULLA
CLEMENTIS X. PONTIFICIS

AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Cum ſicut accepimus in Eccleſia Domûs Profeſsæ Cracovien: Clericorũ Regulariũ Soc: IESV una pia & devota utriusq; ſexûs Chriſti fideliũ Confraternitas ſub invocatione S. BARBARÆ, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis canonicè erecta exiſtat, cujus Confratres & Conſorores quàm plurima pietatis & charitatis opera exercere conſueverunt. Nos ut confraternitas hujusmodi majora in dies ſuſcipiat incrementa, auctoritate nobis à Domino tradita, ac de Omnipotentis DEI miſericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus utriusq; ſexûs Chriſti fidelibus, qui dictam

Confraternitatem in posterum ingredientur, die primo eorum ingressûs, si verè pœnitentes & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint; *Plenariam.* Ac eisdē nunc & pro tempore existentibus Confratribus & Consororibus in cujuslibet eorum mortis articulo si verè pœnitentes & confessi fuerint ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti Nomen IESV ore si potuerint, sin minus corde devotè invocaverint, etiam *Plenariam:* Ac tam ejsdem descriptis, quam pro tempore describendis in eadem Confraternitate Confratribus & Consororibus, verè pariter pœnitentibus & confessis, sacrâq; Communione refectis, quàm præfatæ Confraternitatis Ecclesiam vel Capellam seu Oratorium die Festo S.BARBARÆ à primis Vesperis usq; ad occasum solis Festi hujusmodi, singulis annis devotè visitaverint, ibiq; pro Christianorū Principū concordia, Hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad DEVM preces effuderint: *Plenariam* similiter omniumpeccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericoditer in Dño concedimus. Insuper ijsdem Confratribus & Consororibus etiam verè pœnitentibus & Confessis ac sarâ Communione refectis dictam Ecclesiam vel Capellam seu Oratorium in quatuor alijs anni Festis diebus per Confratres semel tantùm eligendis & ab Ordinario approbandis, ut præfertur, visitantibus & orantibus, septem annos & totidem Quadragenas. Quoties verò Missis & alijs Divinis Officijs in dicta Ecclesia vel Capella seu Oratorio pro tempore celebrandis & recitandis, seu

Congregationibus publicis vel privatis ejusdem Confraternitatis ubivis facien: interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, aut etiam qui corpora defunctorum tam Confratrum hujusmodi, quàm aliorum ad ſepulturam aſſociaverint, aut quascunq; proceſsiones de licentia Ordinarij faciendas, Sanctiſsimumq; Euchariſtiæ Sacramentum, tàm in proceſsionibus, quàm cum ad infirmos, aut aliàs ubicũq; & quomodocunq; pro tẽpore deferetur, comitati fuerint, aut ſi impediti campanæ ad id ſignô datô ſemel Orationem Dñicam & Salutationem Angelicã dixerint, aut quinquies Orationem et Salutationẽ easdem pro animabus defunctorum Confratrũ et Conſororũ hujusmodi recitaverint, aut devium aliquẽ ad viã ſalutis reduxerint, et ignorantes præcepta DEI, et ea quæ ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quodcunq; aliud pietatis charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet præfatorũ operũ *ſexaginta* dies, de injunctis eis ſeu alias, quo modolibet debitis pœnitentijs in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Vulumus autẽ quod ſi aliàs dictis Cõfratribus et Conſororibus præmiſsa peragentibus, aliqua alia Indulgentia perpetuò vel ad tempus nondũ elapſũ duratura conceſſa fuerit, præſentes nullæ ſint. Vtq; ſi dictaCõfraternitas alicui Archicõfraternitati aggregata jam ſit, vel in poſterũ aggregetur, ſeu quavis alia ratione uniatur, aut etiã quomodolibet inſtituatur, priores et quævis aliæ literæ Aplĩcæ illis nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc eo ipſo nullæ ſint. Dat: Romæ apud S. Mariã Majorẽ ſub Annulo Piſcatoris Die VI. Decembris MDCLXXV.

DIPLOMA
Congregationis S. BARBARÆ V. & M.

IN NOMINE SANCTISSIMÆ ac INDIVIDVÆ TRINITIS PATRIS & FILII, & SPIRITVS SANCTI, AMEN.

IMpensa erga DEVM, Divosq; studia vestra Mariani Sodales, sub titulo *Divinissimæ DEI Matris* in Cælos Assumptæ, ad Ædes Professæ Societatis IESV Cracoviæ congregati, postquàm nobis et per literas pietatis vestræ internuntias, et per vivum animi vestri interpretem Sodalitatisq; Præsidem R. P. ALBERTVM KWIATKOWSKI, Societatis IESV Provinciæ Polonæ Procuratorem, in hoc etiam negotio Viennam ad nos excurrentem probè innotuerunt; Dum nempè unicè flagitâstis, ut Sodalitati nostræ sub Vexillo Divæ Partheno-Martyris BARBARÆ stipendia Cælitum merenti *incorporaremini*: unanimî Dominorum nostrorum Sodalium consiliô et consensu instantissimæ petitioni vestræ velificavimus, ac subscripsim⁹, subscribimusq; et vestram Sodalitatem, non sub eo solùm, quo nunc est numero, sed et sub quocunq; alio majori utriusq; sexus, ad easdem Divæ BARBARÆ Societatis IESV Cracoviæ Ædes

congregando

congregando nostræ Sodalitati ejusdem Partheno-Martyris BARBARÆ unimus & *incorporamus*, omnium Indulgentiarum à Sede Apostolica nobis datarum, privilegiorum, immunitatum, suffragiorum, devotionum, bonorumq; operũ communicationem vobis concedentes & liberaliter impertientes, perindè ac alijs quibuscunq; Congregationibus Sacris familijs, ante hac præfatæ Congregationi nostræ incorporatis concessimus, impertitiq; sumus. Illud tamen juxta monentes, ut quantum Sodalitatis vestræ ratio et statuta patientur, Congregationis Divæ BARBARÆ leges observetis, ac ejusdem nomen & honorem pro viribus promovere conemini. In quorum fidem Patentes has literas consueto Cõgregationis nostræ sigillo Illustrissimi Domini Rectoris subscriptione, et Secretarij manu munire voluimus. Dabamus Viennæ Austriæ ex Oratorio Nostro BARBARÆ Sæ, die vigesimâ octavâ Novembris, Annô Millesimô Sexcentesimô Septuagesimô Primô.

Paulus Sixtus Trauthson
Comes in Falchenstein
p. t. Rector.

Josophus Ferrarius
p. t. Secretarius.

Locus ✠ Sigilli.

BREVE

BREVE COMPENDIUM
INDVLGENTIARVM CONGREGATIONIS Assumptæ in Cælum
B. MARIÆ VIRGINIS,
à Sede Apostolica concessarum, ex Bulla erectionis Ejus excerptum.

1. Quô die in Sodalitatem quispiam recipitur. 2. In Articulo mortis. 3. In die Invocationis, seù tituli. 4. Diebûs Natalis & Ascensionis Domini Nostri IESV Christi, & Annuntiationis, Assumptionis, Conceptionis, & Nativitatis B. M. Virginis, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem consequitur.

MENSE JANVARIO.

1.	*Circumcisio CHRITSI Domini* Plenaria *& insuper.*	*154000. An:*
6.	*Epiphania Domini* Plenaria, *& prætereà.*	*158000. An:*
14.	*Sancti Felicis,* - - - -	*1000. An:*
16.	*Sancti Marcelli Plenaria & prætereà,*	*1000. An:*
17.	*Sancti Antonii Abbatis,* - - -	*Plenaria.*
18.	*Sanctæ Priscæ Virginis & Martyris,* - -	*Plenaria.*
20.	*Sanctorum Fabiani & Sebastiani Martyr:* -	*Plenaria.*
21.	*Sanctæ Agnetis, Virginis Martyr:* -	*1000. An:*
22.	*Sanctorum Vincentij & Anastasij, Martyr:*	*40. Annorum*
25.	*Sancti Pauli Conversio,* - - -	*Plenaria.*
28.	*Sanctæ Agnetis secundò,* - - -	*200. Ann:*

MENSE FEBRVARIO.

2.	*Purificatio Beatæ MARIÆ Virginis,*	*Plenaria.*
5.	*Sanctæ Agathæ V.M.* - - - -	*28. Anno:*
22.	*Cathedra S. Petri,* - - - -	*Plenaria.*
24.	*Sancti Mathiæ Apostoli,* - - - -	*Plenaria.*
28.	*Sancti Benedicti,* - - - - - -	*100. Annor:*

MENSE MARTIO.

7.	*Sancti Thomæ Aquinatis Ecclesiæ Doctoris,*	*Plenaria.*
12.	*Sancti Gregorii Papæ,* - - - - -	*Plenaria.*
19.	*Sancti Josephi,* - - - - -	*Plenaria.*
21.	*Sancti Benedicti Abbatis,* - - -	*200. Ann:*
24.	*Vigil: Annuntiationis,* - - -	*Plenaria.*
25.	*Annuntiationis Beatæ MARIÆ Virginis,*	*Plenaria.*

MENSE MAJO.

	Singulis Dominicis diebus Mensis hujus, - - -	*Plenaria.*
1.	*Sanctorum Philippi & Jacobi Apostolorum,*	*Plenaria,*
3.	*Inventio Sanctæ Crucis,* - - - -	*Plenaria.*
6.	*Sancti Joannis ante Portam Latinam,*	*Plenaria.*
8.	*Apparitio Sancti Michaëlis,* - - -	*Plenaria.*
	Die Ascensionis Domini, - - -	*Plenaria.*

MENSE IVNIO.

	Singulis Diebus Dominicis Mensis hujus,	*Plenaria.*
2.	*S. Marcellini Martyris,* - - - -	*1000. Ann.*
12.	*Sanctæ Barnabæ, Apost:* - - - -	*1000. Ann.*
15.	*Sanctorum Viti & Modesti, Crescentiæ, Martyr:*	*100. Annor.*
24.	*Nativitas Sancti Joannis Baptistæ,*	*Plenaria,*
26.	*Sanctorum Joannis & Pauli MM.*	*1000. Anno.*
28.	*Sancti Leonis Papæ,* - - - - -	*Plenaria.*
29.	*Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum,*	*Plenaria.*
30.	*Commemoratio Sancti Pauli,* - - -	*Plenaria.*

MENSE JULIO.

1.	Vigil: Visitationis,	Plenaria.
2.	Visitatio Beatæ MARIÆ Virginis,	Plenaria.
9.	Octava Visitationis Ejusdem	Plenaria.
14.	Sancti Bonaventuræ, Episcopi Doctoris.	Plenaria.
17.	Sancti Alexij, Martyr:	Plenaria.
20.	Sanctæ Margarethæ, Martyr:	1000. Ann.
21.	Sanctæ Praxedis,	1000. Ann.
22.	Sanctæ Mariæ Magdalenæ,	Plenaria.
23.	Sancti Apollinaris, Martyr:	100. Annor:
24.	Sanctæ Christinæ,	40. Annor:
25.	Sancti Jacobi Apostoli,	Plenaria.
26.	Sanctæ Annæ,	Plenaria.
27.	Sancti Pantaleonis,	48. Annorum.
28.	Sanctorum Nazarij & Celsi, Martyrum.	30. Annorum.
30.	Sanctorum Abdon & Sennon,	1000. Annor.

MENSE AUGUSTO.

1.	Sancti Pauli ad Vincula,	Plenaria.
3.	Inventio Sancti Stephani,	Plenaria.
4.	Sancti Dominici Confessoris,	Plenaria.
5.	Sanctæ Mariæ ad Nives,	Plenaria.
8.	Sanctorum Cyriaci, Largi, Smaragdi Martyrum,	Plenaria.
10.	Sancti Laurentij Martyris,	Plenaria.
11.	Sanctæ Claræ Virginis,	Plenaria.
14.	Vigilia Assumptionis Beatæ MARIÆ V. ad Vesperas,	Plenaria.
15.	Assumptionis Beatæ MARIÆ Virginis,	Plenaria.
	Singulis diebus ab Assumptione usq; ad Septembrem,	Plenaria.
	Dominicâ infra Octavam Assumptionis,	Plenaria.
22.	Octav: Assumptionis,	Plenaria.
24.	Sancti Bartholomæi Apostoli,	Plenaria.
28.	Sancti Augustini,	Plenaria.
29.	Decollatio Sancti Joannis Baptistæ.	Plenaria,

MENSE SEPTEMBRI.

7.	*Vigil: Nativitatis Beatæ MARIÆ Virginis,*	Plenaria,
9.	*Nativitas Beatæ MARIÆ Virginis,*	Plenaria.
14.	*Exaltatio Sanctæ Crucis,*	Plenaria.
20.	*Sanctorum Eustachij & Sociorum,*	Plenaria.
21.	*Sancti Mathæi Apostoli,*	Plenaria.
27.	*Sanctorum Cosmæ & Damiani,*	Plenaria.
29.	*Sancti Michaëlis Archangeli,* - - -	Plenaria.

MENSE OCTOBRI.

4.	*Sancti Francisci,* - - - - - -	Plenaria.
18.	*Sancti Lucæ Evangelistæ,* - - - -	Plenaria.
28.	*Sanctorum Simonis & Judæ Apostolorum,*	Plenaria.

MENSE NOVEMBRI.

1.	*Festum Omnium Sanctorum,* - - -	Plenaria.
2.	*Dies Fidelium Defunctorum,*	Plenaria.
8.	*Octav: Omnium Sanctorum,* - - - -	Plenaria.
9.	*Dedicatio Sancti Salvatoris,* - - -	Plenaria.
11.	*Sancti Martini, Episcopi Confessoris* -	3. Annorum.
18.	*Dedicatio Basilicæ Sancti Petri,*	Plenaria.
21.	*Præsentatio Beatæ MARIÆ Virginis,*	Plenaria.
22.	*Sanctæ Ceciliæ Virginis Martyr:* - - -	Plenaria.
23.	*Sancti Clementis, Papæ Martyr:* - -	Plenaria.
25.	*Sanctæ Catharinæ Virginis Martyr:* - -	1000. Ann.
30.	*Sancti Andreæ Apostoli,* - - - - -	Plenaria.

MENSE DECEMBRI.

4.	*Sanctæ Barbaræ,* - - - - - -	Plenaria.
5.	*Sancti Sabbæ Abbatis,* - - - - -	100. Annor.
6.	*Sancti Nicolai Episcopi Confessrris* - -	Plenaria.
6.	*Sancti Ambrosij,* - - - - - -	Plenaria.
	Vigilia Conceptionis Beatæ MARIÆ V. ad Vesperas,	Plenaria.
8.	*Conceptio Beatæ MARIÆ Virginis,*	Plenaria.

21. Sancti

21. *Sancti Thomæ Apostoli,* *300. Annor.*
24. *In Vigilia Natalis Domini,* - - - *Plenaria.*
25. *Die Natalis Domini in 1ma & 2da Missa,* *Plenaria.*
26. *Sancti Stephani,* - - - - - *Plenaria.*
27. *Sancti Joannis Evangelistæ,* - - - *Plenaria.*

Tum eliberatio animæ ab igne Purgatorij.

28. *Sanctorum Innocentium,* - - - *Plenaria.*
31. *Sancti Sylvestri Papæ Confessoris,* - - *1000. Annorum.*

Liberatio Animæ è Purgatorio diebûs hisce conceditur.

Die Festô Sancti Joannis Evangelistæ 27. Decembris.
Dominicâ Septuagesimæ.
Feriâ 2dâ post Dominicam Quadragesimæ primam.
Die Sabbathô ante Dominicam Passionis.
Feriâ 4tâ à Paschate.
Die Sabbathi ab eodem Festo.
In Festo Sancti Joannis Chrysostomi 27. Januarij.
Die Sancti Joannis ante Portam Latinam 6tâ Maij.
Item Sabbathô Quatuor Temporum in Septembri.

UT supradictas omnes Indulgentias & singulas eorum consequantur Sodales, opus est, ut puri à peccato mortali Ecclesiam Societatis IESV, si ea fuerit ubi Illi morantur, alioquin aliam Ecclesiam seu Capellam in locis, in quibus eos pro tempore residere, seù morari contigerit, devotè visitent, & ibi Septies Pater noster, & Ave Maria recitent.

L E G E S
&
CONSVETVDINES CONGREGATIONIS
B. MARIÆ VIRGINIS, ET S. BARBARÆ V. M.

Instructio brevis, pro ijs, qui Sodalitatibus, Beatæ MARIÆ Virginis, sub quocunq; titulô ad Domos *vel* Collegia Societatis IESV erigi solitis, inscribi volunt: desumpta ex Romano exemplari.

Sciendum 1mô. Omnes Sodalitates B.V.M. ad Domos & Collegia Societatis IESV; erigi solitas, esse per totum Orbem ejusdem Instituti cum Primaria Sodalitate Romana, sub Titulo B.V.M. Annuntiationis, & si hæc & illa Oratoria possint habere aliqua particularia statuta & consvetudines, circumstantiis Locorum, temporũ & Personarum accomodata,

Sciendum 2dò. Qui semel præmissis de more præmittendis dedit Nomen, alicui tali Sodalitati, *vel* in uno loco eum semper & ubiq; Sodalem esse, participemq; omnium Gratiarum, concessarum & concedendarum Primariæ Sodalitati Romanæ, modò earum participandarum habeat, intentionem

tentionem, & dùm poteſt participandis còóperetur. Còóperatio autem hæc conſiſtit præcipuè in obſervatione Legum Sodalitatis.

Sciendum 3tio. Finem Sodalitatum B. V. M. eſse majus ejuſdem circa Clientes ſuos patrocinium, ideoq; qui illis aggregantur, majori etiam affectu, & cultu erga eandem B. M. V. ferri debent.

Sciendum 4to. Earundem Sodalitatum finem alium eſse majorem præ alijs, Sodalium perfectionem Chriſtianam, ut potè habentium, ad id majora ſubſidia; debent autem id teſtari bonâ vitâ & edificatione aliorum.

Sciendum 5to. Quandò quidem, ut quæcunq; aliæ Confraternitates, ita & Sodalitas Noſtra Mariana, habet ſuas Leges, prænoſse illas quisq; priùs debet, antequâm Sodalitati adſcribatur, ſunt autem hæ.

PRIMO. Perfectiorem eſse, in obeundis Chriſtianæ pietatis exercitijs. vg. Sacro audiendo, Coronâ recitandâ, Confeſsione & Communione peragendâ, conſcientitia diſcuciendâ &c: Hinc acceſsuri ad Sodalitatem priùs de his omnibus ut Tirones, niſi jam alias in illis ſint exercitati, informentur.

Secundò. Initiô ſui in Sodalitatem ingreſsûs confiteri generaliter (ſi ita Patri Spirituali viſum fuerit:) & communicare, tandemq; Profeſsionem Fidei ſolemnem facere, ac ſe Beatiſsimæ Virgini juxta praxim Sodalitatis devovere.

Tertio. Conſtantem eſse in cultu B. MARIÆ V. nullâ ratione permittendo ſe, avelli, à data ſemel Ei fide, eundemq; cultum in alijs promovere & pro illo zelare.

Quarto.

Quarto. Singulîs Festîs *Domini Nostri IESV Christi. B. M. V. Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum. Nativ: S. Ioannis Baptistæ* & 1mâ Dominicâ cujuslibet Mensis, confiteri & Communicare, nisi id aliô die intra mensem majori jori motivo sit faciendum.

Quinto. Singulîs diebûs dùm fieri potest audire Sacrum.

Sexto. Quotidiè manè post somnum DEO pro beneficijs gratias agere & 3. Pater & Ave & Credo in honorem Sanctissimæ TRINITATIS, additô Salve Regina &c. recitare.

Septimô. Nunquam ire cubitum, nisi discussâ priùs quantùm fieri potest conscientiâ, dictôq; 3. *Pater noster, & Ave* & Psal: *De profundis. vel* quâpiam alia Oratiunculâ pro defunctis.

Octavô. Curare ut singulîs diebûs fiat aliquid in honorem B M. V. vg. Coronam *vel* Officium Conceptionis *vel* Litanias recitare.

Nonô. Non tantùm à gravioribus sed etiam Levioribus peccatis quàm diligentissimè cavere, præcipuè quæ lædunt *vel* minimè corporis puritatem.

Decimô. Tàm in publico quàm in secreto meminisse et testari se esse Filium Magnæ Illius Matris, *vel* saltèm servum, Illius Dominæ, Quam decet omnis Sanctitas, ideoq; nihil conspectu ejus indignum audere *vel* attentare.

Vndecimô. Singulîs diebûs recitare 7. Pater noster, et Ave et Credo, semel pro consequendis Indulgentijs, Stationum Vrbis Romæ, de omnibusq; alijs cùm Deo quotidiè manè (si sæpiùs non poteris) pacisci, ut quidquid boni tale feceris, *vel*

mali patienter ſuſtinueris, propter quod illas poſsis conſequi, fias earum particeps.

12mô. Semper, quantum et ubi fieri poteſt, ſtatis diebus Oratoria frequentare, illiusq; ſolitis exercitijs, cum debita mòdeſtia et devotione adeſse. Denique non tantum prædictas Leges, ſed etiam pias Sodalitatatis, Conſvetudines ſequi e:g: Initio cuiusquè Menſis Sanctum aliquem eodem Menſe celebrandum, et virtutem exercendam *vel* vitium fugigiendum aſsumere. Item habere quantum fieri poteris unum eundemq; ordinarium Confeſsarium. Item Lectioni alicuius Libelli ſpiritualis identidem vacare. Item diſcedendo à Sodalitate, Literas participationis, vulgò pâtentes petere, et Sodalitatem de ſe, alijsq; Sodalibus defunctis, *vel* in aliqua gravi neceſsitate Conſtitutis, certiorem reddere. *Notandum autem*, neq; Conſvetudines neq, Leges prædictas, obligare quemquam, ſi illis non ſatisfaciat, ad peccatum *vel* minimum, ſicut nec aliæ Confraternitates oblgant, aut obligare poſsunt, ad ſuas ſub eodem peccato *vel* minimo,

ORATIO SODALITATIS.

SAncta MARIA Mater DEI, & Virgo. Ego N. Te hodie in Dominam, & Patronam, & Advocatam eligo, firmiterq; ſtatuo, ac propono, me nunquam Te derelicturum, neq; contra Te aliquid unquam dicturum, aut facturum, neq; permiſſurum, ut â meis ſubditis aliquid contra Tuum honorem unquam agatur. Obſecro Te igitur, ſuſcipe me in ſervum perpetuum, adſis mihi in omnibus actionibus meis, nec me deſeras in hora mortis meæ. Amen.

BREVIS INSTRUCTIO
pro ijs qui ad Sodalitatem Sanctæ BARBARÆ Virginis Martyris cupiunt aggregari, desumpta ex Libello ejusdem Sodalitatis.

1mò. Qui desiderat inscribi Sodalitati Sanctæ BARBARÆ, debet illo die confiteri, & Sanctissimum SACRAMENTUM Eucharistiæ sumere, & invocato Spiritu Sanctô per *Veni Sancte Spiritus*, ac elicito actu fidei, saltem sic: *Credo quidcunque Sancta Ecclesia Catholica credit, & credendum proponit.* Tradet se Divæ BARBARÆ in clientem hâc *vel* simili praxi.

Sanctissima Virgo & Martyr BARBARA. Ego N. Trado me Tibi in clientem, & eligo Te in Patronam meam, & Protectricem, suscipe me ergo, in Tuum, & adsis mihi præstò semper, præsertim in hora mortis meæ, ne hinc decedam sine prævijs, pænitentiæ, Eucharistiæ, & Unctionis extremæ, Sacramentis. Amen.

Tùm hisce præmissis curabit, ut aliquantùm poterit, Legibus Sodalitatis satisfaciat. Sunt autem hæ.

1mò. Omnes, & se ipsos ad Amorem DEI inflammare, & proximi.

2dó. Cultum Sanctissimi SACRAMENTI, B.M.V. & S. BARBERÆ promovere.

3tió. Singulis diebus, dum fieri poterit, Sacrum audire.

4tó. Confiteri, SS. Eucharistiæ SACRAMENTVM sumemere, in Festo Corporis Christi, D. alisq; X. D. & Beatæ V. M. & Sanctæ BARBARÆ, Festis.

5tó. Majorem ac majorem perfectionem curare, testariq; id pietate & exemplo bono in omnibus.

6tó. Singulis Mensibus, saltèm semel confiteri & communicare.

7mó. Singulis Mensibus audire Sacrificium, *vel* Celebrare, *vel* curare faciendum) ad intentionem Sodalitatis, quæ, illa Sacra offert, alternis Mensibus pertrimestre, pro Sodalibus 1. vivis. 2. agonisantibus, 3. mortuis. *vel* quilibet ipse ea offeret.

8vó. Singulis Hebdomadis orare pro Sodalibus, minùs devotis & bonis, dicendo pro illis Psalm: *Miserere: vel Deprofundis, vel Pater noster.*

9nó. Singulis diebus facere aliquid *vel* orare, in honorem Sanctissimi SACRAMENTI e:g: *Laudetur Sanctissimum*, ne sine usu illius decedas & B.V.M. & S. BARBARÆ.

10mó. Curare quantùm fieri poterit, ne quisquam sine prævijs Sacramentis decedat.

11mó. Quàm primùm aliquis resciverit de morte alicujus, Sodalis, orare pro illo, Sodalitatemq; reddere certiorem.

12mó. Iuxta piam Sudalitatis Consvetudinem, pervigilium S. BARBARÆ jejunare dum fieri potest, & bis in Annum

orare

orare impensiùs vg: in Solemnitate SS. Corporis Xſti, & S. BARBARÆ, pro Sodalibus, & mortuis omnibus. Deniq; quandoquidem hæc Sodalitas S. BARBARÆ, magnis Indulgentijs, (quæ in Libello Sodalitatis recenſentur & ob brevitatem non poſſunt enumerari) à Sede Apoſtolica eſt dotata, æquum eſt, ut quilibet curaret fieri illarum particeps. Sufficiet autem ſingulis diebus, mane, (ſi ſepius non poterit) paciſci cum DEO, quod quidquid tale feceris *vel* patienter tuleris, pro quo Indulgentias Sodalitati Sanctæ BARBARÆ conceſſas) (& quaſcunq; alias) conſequi poſsis; hoc totum Divinæ Majeſtati, etiam ad intentionem conſequendarum Indulgentiarum offeras.

NOTANDVM *1mum.*

QVodſi autem quiſpiam non ſatisfecerit prædictis Legibus, non habeat hac in parte conſcientiam, quia ſicut nullæ aliæ Confraternitates obligant, neq; obligare poſſunt quemquam etiam ſubveniali peccato, ad ſuas Leges, ita neq; Sodalitas S. BARBARÆ, niſi fortè interveniat contemptus formalis, aut negligentia ſupina, in ijs adimplendis: ut id fuſiùs in Libello Polonico Sodalitatis propter rudiores reducitur & ſolidè probatur.

NOTANDVM *2dum.*

ETiam abſentes poſſe admitti ad Sodalitatem: modo id petant, Nomina ad inſcribendum mittant, & ſupra dicta ubi fuerint impleant.